

Σbc. 73.



20  
IO. ERNESTI IMMAN. WALCHII

PHILOS. DOCT. ET PROF. PVBL. SOC. LAT.  
IENENSIS EPHORI

---

COMMENTATIO

---

DE  
VETERVM  
DIIS PATRIIS  
QVA LOC. ACT. XXIII. 14. ILLVSTRATVR



---

IENAE  
EX OFFICINA SCHILLIANA  
CICIOCCLI.

19

IO. ERNESTI IMMAN. WALCHII  
PHILOS. DOCT. ET PUBL. PROF. LECT.  
HENNANIS EPHORI

COMMENTARIUS

DE


VET. R. V. M.  
DISS. P. A. T. R. I. S.

QUI LOC. ACT. XIII. ET ALIIS PARTIBUS



HENNAN  
PUBL. PROF. LECT.  
PHILOS.





DISSERTATIO  
DE  
DIIS PATRIIS  
QVA  
LOC. ACT. XXIII, 14  
ILLVSTRATVR.

Σ Τ Ν Ο Ψ Ι Ε

Postquam primum de causa Pauli apud Iudae procuratorem: §. I.

de Graecorum vocabulis *πατέρας, πατέριος* et *πατρίδος*, tam generatim; §. II. III.

quam speciatim, quum ista de diis et sacrorum carimontis vsurpantur §. III. V. VI.

deque Latinorum voce patrius varia disputata sunt, §. VII.

agitur deinde de diis veterum patriis nec solum monstratur, quosnam deos ita adpellauerint veteres §. VIII. VIII. X. et qui dii patrii Syrorum, Persarum cet. §. XI.

Graecorum §. XII. XVI.

ac Romanorum exstiterint; §. XVII. XVIII.

sed differitur etiam de horum numinum apud veteres ratione: §. XVIII.

de praesidio ac tutela, quam prouinciae ac ciuitates ab iis expectabant §. XX. ac de singulari eorum cultu. §. XXI.

Ex his, quae tradita sunt, illustratur denique diuinum essatum argue ostenditur, supremum numen summo iure a Paulo Iudaeorum patrium esse vocatum, siue ad ipsam iudaicam gentem; §. XXII-XXV.

siue ad Paulum eiusque causam, quam rum perorabat, velimus respicere. §. XXVI. XXVII.

A

§. I. QVVM



## §. I.

VVM Paullus, diuinus ille gratiæ, per Christum reparatæ, præco ac nuntius, causam suam apud Iudææ procuratorem Felicem diceret seque de falsis, ab acerbo aduatore Tertullo oblati, criminationibus purgaret *a)*, omnes, modo si rationem actionis, quæ tum ipsi intendebatur, curatius ponderauerint ac culpam, in innocentem virum translatam, cum eius defensione rite comparauerint, me haud monente libere fatebuntur, sanctum veritatis cælestis testem se suamque causam optime tutatum esse atque aduersariorum tela, in ipsum immissa, ita depulisse, vt prudentiæ et recte factorum conscientiæ illustria daret documenta atque ad ipsum, non dicam verum crimen; sed ne ficta quidem minimi errati suspicio peruenire posse videretur. Tripartita vero erat hæc causa, quam Paullus orabat, quum propter triplex facinus litem in ipsum Iudæorum nomine inferret astutus et callidus aduactor. Postquam enim is pium virum pestiferum esse hominem, in oratione sua declarauerat *b)*, generalem hanc adulationem, calumniam potius dixeris, ad tria distincta capita reuocare studet, ipsique tot singularia crimina exprobrare, quorum alterum *seditionis*, alterum *hereseos*; tertium vero *sacrorum pollutorum* fuit *c)*. Omnes hos impetus grauius depulsat aduatus, primum ipsi obiectum facinus plane negat idque tam ex temporis, quo Hierosolymis fuerit, breuissimi ratione *d)*; quam ex eo a se amolitur, quod ipsi aduatores neque suo; neque aliorum testimonio id, cuius eum infimularent, scelus comprobare possent *e)*. Ad secundum crimen quod spectat, ingenue fatetur, se illius doctrinæ, cuius, tamquam hereseos, causa nominis ipsius delatio facta fuerit, esse propugnatores; sed vilum in eo crimen apprehendi negat, siue doctrinæ *f)*, quam

*a)* act. cap. XXIII. v. 1. sq.

*b)* v. 5.

*c)* ibid.

*d)* v. 11.

*e)* v. 12. 13.

*f)* v. 14. 15.

quam profiteatur; siue vita g) ipsius ratio habeatur. Tertii denique criminis suspicionem ita a se amouet, vt, facta totius, vti erat, rei commemoratione h), extra omnem culpam causamque sese ponat, ac luculenter ostendat, tantum abesse, vt supremi numinis adem facinore quodam polluerit, vt eotempore sacrorum caerimonias summa confecerit religione. Tota hæc Paullina defensio ita est comparata, vt qui omnia rite vellet illustrare, copiosissimum præ se dicendi argumentum haberet ac satis amplum, in quo oratio eius posset excurrere, campum. Si modo ea, quibus doctrinae suae rationem reddit ac fallas hanc in rem contra ipsum criminationes diluere studet, rite et, vti decet, expendimus, quantam quæso in istis dicendi vim: quantam verborum grauitatem: quantam rerum optimarum copiam et vbertatem obseruamus? In his vero præ ceteris id obseruatione est dignum, quod Iudæorum patrii numinis cultui addictum se esse, cum ad finem profiteatur, eandemque ob causam deum optimum maximum Iudæorum πατῆρων dicat, vt publice significaret, etsi ad eorum accessisset partes, quos Tertullus odioso *Nazæarorum* nomine notauerat; in ipsum tamen nullam defectionis culpam transferri; aut litem, religionis Iudæorum antiquæ abrogatæ causâ, intendi ipsi posse: habere se verum atque antiquum iudaicorum sacrorum cultum eandemque, quam maiores posteris tradiderint, doctrinam. Hæc vti verissima erant, ac ciuitates christiana, a diuinis legatis conditæ, eidem veritati innitebantur, quæ cætui sanctiori temporibus prioris foederis præbuerat fundamentum; per consequens vero christiana religio non noua; sed, vbi corruptum eius tempore seruatoris statum cogitamus, renouata atque a multis sordibus purgata cenferi debebat; ita, si omnes rationes intuemur, confiteri nos oportet, supremum deum peropportune a Paulo Iudæorum patrium in hac sua defensione esse vocatum, siue ipsum deum eiusque in hac gente cultum; siue Paullum, qui tum apud iudicem, verorum sacerorum expertem, sese defendebat, reputare velimus. Id quod quum monstrare animus est, *de diis veterum patriis* in præsens

A 2

dispu.

g) v. 16.

h) v. 17. sq.

disputare: in eorum rationes sedulo inquirere ac breuiter deinde ostendere constitui, quo modo id cognomen a Paulo summo numini tribui potuerit.

## §. II.

DII hi, de quibus iam loquor, in antiquorum ingenii monumentis, si Latium respicias, *patrii*; si Græciam, duplici nomine, *πατέροι* et *πάτριος* adpellantur, qua de re vt nonnulla obseruem, ac, quodnam duarum harum vocum sit discrimen, rite definiam, necessarium esse, puto. Vocabulo *πατέρος* apud priscos scriptores duplex potissimum tribuitur significatio: altera, qua ea, quæ a patre relicta filiis sunt; siue, vt THOMAS MAGISTER *i*) interpretatur, *τὰ ἐκ πατέρων εἰς υἱὸς χωρῆντα*, indicantur; altera vero, quæ idem ac vocabulum *πάτριος* designare videtur, ita vt omnia, quæ patris sunt: quæ is gesit, fecit, habuit, vt amicos, vt inimicos, vt aras, vt sacra cet. complectatur. Quod si priorem vocis huius significationem reputamus, variis egregiis scriptorum veterum testimoniis illa potest confirmari. Prouoco hanc in rem ad HOMERVM *k*), apud quem Antinous ad Telemachum dicit:

μή σέ γ' ἐν ἀμφιάλλῳ Ἰθάκῃ βασιλῆα κρονίων  
ποιήσαιεν ὁ τοι γενεῇ πατεροῖόν ἐστι,  
*ne te utique in circumflua Ithaca regem Saturnius  
constituat, quod tibi propter genus ex parte hereditarium est.*

Alio loco suadet is Telemachi mortem sociis, sententiamque eorum rogat, vtrum consultius foret, ipsum interficere; an permittere? vt is, mutato consilio funesto, in patris bona succedat, his verbis *l*):

εἰ δ' ὑμῖν ὄδε μῦθος ἀφανθάνει, ἀλλὰ βέλεσθε  
αὐτόν τε ζῶειν καὶ ἔχειν πατεροῖα πάντα,  
*sin vobis hec res non placet; sed mauultis,  
ipsum viuere et habere paterna omnia,*  
quo et ipsius Telemachi verba spectant:

εἰ κεν

*i*) voc. *Artic.* p. 143.

NESII.

*k*) *odysf.* α. v. 387. p. 23. edit. BAR.*l*) *odysf.* π. v. 387. p. 434.



εἰ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγνήορες ἐν μεγάροισι  
 λάθρη κτείναντες, πατρῷα πάντα δάσονται,  
*si, me proci superbi in domibus  
 clam interfecto, paterna omnia diuident.*

Eandem significationem voci huic tribuendam esse, puto in hoc eiusdem poetae effato *m*):

ὄφρα σὺ μὲν χείρων πατρῷα πάντα νέμῃαι,  
 ὡς τὴν quidem gaudens paterna omnia depascaris;  
 ad quod et illud adiungendum est, vbi hasta Achillis, quam pater possedit, πατρῷον ἔγχος vocatur *n*). Prouoco porro ad ARISTOPHANEM *o*), ita canentem:

ἔτος ὁ Ποσειδῶν πρῶτος, ὃς ἐπάξει σε νῦν  
 ἀνθέξειτά σε τῶν πατρῶων χειμάτων,  
*hic Neptunus primus, qui te nunc (ad bellum) impellit,  
 litem tibi de paterna hereditate mouebit,*

alio vero loco *p*):

ἀλλ' εἴ τι κῆδει τῶν πατρῶων ἀλφίτων,  
*sed si patris tu rebus consultum cupis,*

quæ verba scholiorum auctor recte ita interpretatur: πατρῶων ἀλφίτων ἀντὶ τῆς τῶν χειμάτων, ἢ τὰς πατρῶας ἐστίας. Duobus a me recitatis ARISTOPHANIS testimoniis addo tertium, his verbis conceptum *q*):

καὶ μὲν δήπῃ καὶ τὰ πατρῷά γε  
 χείρες ἡμῶν εἰσὶν σώζειν,  
*quid quod bona paterna certe  
 multo minus; quam nos, conseruare sciunt;*

ipsum autem poetam alius locuples testis excipiat, HESIODVS *r*) nimirum, apud quem hæc habentur:

A 3

*m*) *ibid.* v. v. 336. p. 541. adde *o*dyss.  
 x. v. 61. p. 573.

*n*) *iliad.* τ. v. 287. p. 752. Ita quoque occurrit *libr.* v. v. 391. p. 778. et *φ.* v. 44. p. 787.

*o*) *auib.* v. 1656. p. 434. ed. KUSTERI.

*p*) *nubib.* v. 106. p. 61.

*q*) *thesmophor.* v. 826. p. 508.

*r*) *oper. et dieb.* v. 376. p. 252. ed. CLERICI.

μενο-

μενογενής δὲ παῖς σώζει πατρῶν οἶκον,  
*unicus vero filius seruarit paternam domum,*

cum quo, uti cum reliquis, DIONYSIVS Halicarnassensis s) conspirat, quando Lydum τὴν πατρῶν ἀρχὴν, patrium regnum, occupasse perhibet, et ATHENAEVS t), qui τὰς πατρῶα κατεδηροκότας, eos, qui rem, a patre relictam, dissipant, pœna dignos esse, pronuntiat, ac simul hæc MENANDRI verba adducit:

- - εἴ τις πατρῶν παραλαβὴν  
 γῆν καταφάγοι, πλεῖν ἴστον ἢ διὰ ἴλεος,  
*si quis fundum, a patre relictum, adeptus*  
*abligurrit, eum par est, ad extremum usque vitæ nauigare.*

Ita quoque AELIANVS u) Alexandrum κληρονόμον πατρῶν, heredem paternorum, adpellat; HERODIANVS x) vero de tumultu, Maximini tempore in Africa excitato, differens, eius prouinciæ procuratorem aliorum opes ad se rapere et nobiles adolescentes τῶν πατρῶν καὶ προγονικῶν εὐσιῶν ἀφαιρέειν, paternis et auitis bonis exuere, consueuisse, memorat, quibus testimoniis, si necessarium foret, plura veterum auctorum effata, nominatim LUCIANI, DIOGENIS LAERTII aliorumque possent addi γ). Ut autem hæc, quam tradidi ac probaui, propria est istius vocabuli significatio; sic aliam, a memorata paulo diuersam, adiungo, pro qua cum vocabulo πατρικός conuenire atque vnum idemque denotare videtur. Quamuis enim, ut ex his MOSCHOPVLI verbis: πατέρα ἔδει τὰ τῆς πόλεως, πατρικός φίλος καὶ πατρῶος κληρὸς, ac multis veterum scriptorum testimoniis patet, discrimen inter duas has voces exlitterit; tamen, quum illæ ex parte sibi responderent, factum est, ut ab optimis scriptoribus promiscue vtraque vsurpata, ac praesertim alterum vocabulum πατρῶος pro altero: πατρικός adhibitum sit. Recte itaque ARISTOPHANES z) canit:

- - ὦν ἐμοὶ πατρικός φίλος,  
*quum mihi paternus sis amicus,*

ac

s) lib. I. p. 21.

t) lib. IV. διρρησφ. cap. 18. p. 166.

u) lib. XIII. cap. 11. p. 808. edit. nor. ad Lucian. tom. II. oper. p. 737.

PERIZONII.

x) lib. VII. cap. 4. p. 299.

y) vid. IO. GEORG. GRAEVIVM

z) auib. v. 142. p. 386.

ac patris amicos πατρικὰς Φίλους adpellat, quos HOMERVS a)

πατρῶες ἐταῖρος dicit, vt ex his eius verbis patet:

οἱ τέ οἱ ἐξ ἀρχῆς πατρῴοι εἰσιν ἐταῖροι,  
qui illi a principio paterni sunt amici,  
quibus CALLIMACHI b) effatum adiungo:

- - ἐπεὶ μῶνα Ζεὺς ἴδ' ἔγε θυγατέων  
δῶκεν Ἀθανασίᾳ πατρῴα πάντα Φέρεδαι,  
- - quoniam soli Iupiter hoc ex filiabus  
dedit Mineruae, vt paterna omnia habeat.

Testimonium haud minus insigne est DIONYSII Halicarnassensis c) apud quem M. Claudius, ἐστὶ μοι, αἰτ, θεράπωνα πατρικὴν, πολλὰς πένυ δαλέυσσα χεῖρας, est mihi paterna ancilla, quae iam admodum longo tempore mihi seruit, itemque HERODIANI d): συναγεῖν αὐτὰς, ἢ μήτηρ ἐπέερατο, καὶ οἱ ἐν ἀξιώσει ὄντες καὶ σύνεδροι πατρῶοι Φίλοι, reducere eos mater conata est et honestissimi quique et consularii paterni amici; qui et alio loco e), ἐπελάττετο, inquit, πάντα ἢ ἡ γνώμη τῶν πατρῶων Φίλων, omnia ex sententia paternorum amicorum gerebantur. Ita quoque apud HOMERVM f) et EURIPIDEM g) πατρῶϊος ξένος significat hospitem in patris domo versatum, quae loquendi ratio sapius ab ipso vsurpata est: apud AELIANVM h) porro νόμος πατρῶος lex est, quam pater sanxit, et πατρῶος θωμός i) ara, in qua pater sacra fecit, quam contra DIONYSIVS Halicarnassensis k) πατρικὰς ἐστίας, patrios focos, vt OVIDIVS l) ait; alio vero loco m) vna cum EURIPIDE n) πατρῶων ἐστίας adpellat, ne de aliis eiusmodi passim occurrentibus dicendi formulis dicam. Vnicum hoc IVLII POLLVCIS o) testimonium, addidisse sufficiat: ἢ διὰ πατρῶων κτήσις

πα-

a) odyss. β. v. 254. et v. 23. p. 43.  
adde libr. ε. v. 69. p. 442.

b) hymn. in lauacr. Pallad. v. 133.  
p. 155.

c) libr. XI. p. 710.

d) libr. III. cap. 15. §. 13. p. 173.

e) libr. I. cap. 6. §. 1. p. 15.

f) odyss. α. v. 175. p. 12.

g) Hecub. v. 26. p. 2.

h) libr. VI. var. hist. cap. 11. p. 424.

i) libr. XIII. cap. 2. p. 755.

k) libr. XI. ant. Rom. p. 693.

l) libr. V. trist. el. XI. v. 18. et libr.

I. epist. 3. ex Pont. v. 34.

m) libr. VIII.

n) Hecub. v. 22. p. 2.

o) onomast. libr. III. segm. 10. p. 271.

πατρώα, πατρική, πάτριος cet. quoniam ex illo luculenter patet, vno eodemque modo duas has voces a priscis scriptoribus passim vsurpatas esse p).

## §. III.

VT Græcorum πατεῶν id, quod patris est; aut quod a patre ad filios peruenit, designat; sic πάτριον in priscis auctoribus de iis rebus dici solet, quæ ad vniuersam patriam spectare; aut referri posse videntur. Ita AELIANVS q), ἴδον βῆν, ait, προσέταξε κατὰ τὰ πάτρια σνευαδῆναι, bouem iussit adparari more patrio; siue eo modo, qui in patria obseruari solet; ARISTOPHANES r) vero canit:

ἀκούετε λεώς κατὰ τὰ πάτρια τὰς χοάς  
πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος - -  
audite populi, congios more patrio  
ebibite sub tubæ sonum. - -

Addo effata LYSIAE s): εἰχ' οἶον ὑμῖν ἔστω, ἅμα τοῖς τε νόμοις τοῖς παλαιοῖς καὶ Ἀνδοκίδῃ κερῆσαι, videtis Athenienses, quod fieri non possit, vt et leges patriæ et Andocides seruentur: THUCYDIDIS t): quod ad templum atque oraculum Apollinis Pythii attinet, nobis placet, κερῆσαι τὸν βεβλόμενον ἀδόλως καὶ ἀδέσῳ κατὰ τὰς πατρίους νόμους, vt, qui velit, sine fraude et sine metu ex patriis institutis eo utatur, itemque u): πάτριον γὰρ ἡμῖν, ἐν τῶν πόνων τὰς ἀρετὰς κτᾶσαι, patrium enim nobis est, laboribus virtutes parare: ARISTOPHANIS x): εἰ γὰρ πατρίων ἴσῃ ἐστὶν consuetudini enim patriæ auersatur: porro XENOPHONTIS y), vbi de constitutis ab infelici triginta tyrannorum turba legibus loquitur: ἔδοξε τῷ δήμῳ, λειδοῦντα ἀνδρας, ἐλέσθαι, οἱ τὰς πατρίους νόμους συγγεγραμμένοι, καθ' ἃς πολιτεύσασιν, visum fuit populo, diligendos esse viros triginta, qui leges patrias conscriberent, secundum quas in re publica viuendum deinceps

p) alia testimonia adducit IO. GEORG. GRAEVIUS loc. memorat.

q) libr. III. var. hist. cap. 20. p. 232.

r) acharnens. v. 999. v. 271.

s) oration. contra Andocid. p. 61.

t) libr. IV. hist. cap. 118. p. 305. et 306. ed. DVKERI.

u) libr. I. cap. 123. p. 79.

x) ecclesiasticus. v. 773. p. 460.

y) libr. II. hist. græc. cap. 3. §. 2. p. 81. edit. OXON.

ceps esset, vbi omnia verba ostendunt, leges patrias esse, quæ vniuersa patriæ eiusque incolis datæ fuerint ac proposita. Eamdem ob causam HERODIANVS *z*), ad vocem πατρίος vocabulum επιχώριος, tamquam eadem significandi potestate prædicum, adiungit, ac de Maximino Ἰδ, Ἰε Φονικόν, ait, πατρίων ἔχων καὶ επιχώριον, *interficiendi cupiditas erat ipsi a patria ac natali solo quasi insita*; THOMAS VERO MAGISTER et MOSCHOPVLVS vocem istam recte pari ratione explicant ac simul discrimen, quod inter hanc est et vocabulum πατρώος; leui tamen quoad vocem πατρίος dissenso, his verbis ostendunt, ille *a*): πατρία ἴδ ἐκ πατέρων εἰς υἱὸς χωρῆντα· καὶ πατρώοι φίλοι· πατρία δὲ, ἴδ ἴης πόλεως ἔθνη, hic autem: πατρία ἔθνη ἴδ ἴης πόλεως, πατρίος φίλος καὶ πατρώος κληρος, ex quibus differentia horum vocabulorum facile intelligitur ac simul patet, quare ille apud LVCIANVM *b*) derideatur, quod ἰκανὰ ἔχω, dixerit, ἴδ πατρία, *habeo satis amplum patrimonium*, quum potius dicere debuisset: πατρία, *patriæ legibus*, scilicet, *adquiesco*, id quod hæc verba Attice significant. Ipsam itaque vocis huius significationem per se late patere et ad omnia, quæ ad patriam spectant, pertinere, videbunt omnes, vbi adducta a me prætorum scriptorum testimonia rite expendere velint. Adparet ex his, maxime ex XENOPHONTIS et HERODIANI, quos testes nominavi, effatis, vocabulum nostrum ea, quæ patria sunt et ad illam referuntur, generatim designare, nulla habita auorum; aut antiquitatis ratione; mores vero, consuetudines legesque adpellari πατρίος siue illa, tamquam inueterata in patria, a maioribus ad posteros delata; siue recenti demum memoria introducta, stabilita ac sancita fuerint. Hæc quamuis ita sint; probe tamen CASAVBONVS *c*) obseruat, Græcos scriptores vocabulo hoc plerumque publica, antiqua et a maioribus tradita instituta indicasse, et verissime hæc dixit vir summi et præstantis ingenii, quod neminem negaturum fore, arbitrator, si modo, quæ ipse in medium adducit, veterum testimonia legerit. Ex his enim manifeste adparet, vocis huius

B

vltim

*z*) *libr. VII. cap. I. §. 4. p. 286.**a*) *voc. Attic. p. 143.**b*) *soloecist. tom. II. operum p. 737.**c*) *animaduers. in Athen. sp. 698.*

vsum in negotiis rebusque tam civilibus; quam sacris ita fuisse, ut, quæ antiquitus facta institutaque sunt, ea potissimum expreſerit. Ipse vir doctissimus ita interpretatur hæc PROCLI in Phædonem Platonis verba: Ἰνῶν σύμβολα ἰὰ περὶ τῆς ἀποχομῆνης πάτρια Ἀττικῆ, et paullo post: διὰ τί μὴ ἐμμένει τοῖς πατρίοις, item ATHENÆI: ἰὰ τῶν Σύρων πάτρια et, quæ alio loco d) corrupte hoc modo leguntur: ἐν τοῖς τῶν Θυγατριδῶν πατρίοις ἰὰδε γεγράφθαι, ita optime restituit: ἐν τοῖς τῶν Θυγατριδῶν πατρίοις, in libro de institutis et moribus Thyatirensorum. His alia haud minus egregia testimonia addo, et LYSIAE e) quidem, qui, de Andocide loquens, ἄλλοτι ἢ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ θυσιάσει, καὶ εὐχὰς εὐξεται κατὰ ἰὰ πάτρια, nunquid pro nobis, quum rex sacrorum forte sit factus, et sacrificabit, et patrio more; siue in patria nostra a maioribus observato, vota faciet? STRABONIS f), ubi de felicitate Arabia incolis disputat ac παρ' ἀλλήλων δ' εἰ μεταφοιτᾷ, inquit, ἰὰ ἐπιτηδεύματα, ἀλλ' ἐν τοῖς πατρίοις διαμίνεσθαι ἐμασσι, artes ac studia ab alio in aliud non transferuntur; sed quique in patriis permanent institutis; siue iis, quibus incolæ antiquo iam tempore in patria sua adsuefacti sunt: item THUCYDIDIS g), qui his verbis: εἰ τὸ πάτριον παρέεις, τὸ πλέον τοῖς ἄλλοις, ἢ τὸ ἐλασσον τοῖς παῖσι δολώσαιμι, si, patrio instituto neglecto, aut plebem nobilitati; aut nobilitatem plebi addicam, ut omnes rationes ostendunt, de antiquis patriæ institutis loquitur, ita, ut dicendi formulæ: ἰὰ πάτρια. οἱ πατριοὶ νόμοι cet. sæpe in priscis, qui græce scripserunt, auctoribus idem significant; atque illa apud EVRIPIDEM h), ubi de Creusæ et Apollinis venero complexu, et ipso, qui hunc sequutus est, pariendi actu canit:

- - κακτίθῃσιν ὡς θανέμενον;

κόλης ἐν ἀντίπηγος εὐτρόχῳ κύκλῳ

προγόνων νόμον σώξασα

- - et exponit, Creusæ, ut moriturum

in rotundo orbe caue cistæ

maiorum morem servans

a) vid. eandem in Asben. animadvers. p. 698.

f) libr. XVI. p. 1129. edit. ALME-

LOVENII.

g) libr. IV. hist. cap. 86. p. 288.

h) Ion. v. 18. tom. II. oper. p. 616.

e) orat. adversus Andocidem, p. 59.

partum scilicet, quem ista excluserat. Ex his itaque facile patet, quare veteres, etiam ex his haud pauci, qui elegantissime scripserunt, duabus his vocibus: *πάτριος* et *πατρώος* promiscue et tamquam synonymis, vti dicuntur, vti sint. Quum enim, vti obseruati, Græci vocem *πάτριος* de institutis, quæ antiqua iam ætate in patria stabilita et confirmata fuere, viuere solent: quum porro per id eam consuetudines *πάτριαι* adpellantur, quæ in patria a maioribus ad posteritatem propagatae sunt, facile confici potest, quam ob causam et istæ *πατρώαι* quoque vocari potuerint, *πατρώαι* inquam, quippe quæ a patribus totius gentis; sine maioribus ad posteros in ipsa patria delatae fuerunt. Ex multis passim obuiis exemplis pauca dabo, quæ dictis fidem faciant: LUCIANVS *ι*) *ὕπὲρ πατρίδος*, ait, *κυνδοσεύσης, καὶ ἱερῶν πατρώων, καὶ ἱεράων προγονικῶν ἀγωνίζεσθαι*, pro patria in discrimen adducta, pro sacris patriis, pro monumentis progenitorum decertare, et alio loco *κ*): *ἀποσᾶς τῶν πατρώων προσκυνεῖσθαι ἤξει, καὶ διαταῖν τὴν Μηδικὴν μετεδίτησεν ἑαυτὸν, ἃ πατρίῳ more degenerans adorari voluit et ad Medorum delicias sese contulit.* DIO Cassius *λ*) autem: *ἀλλὰ ζῶν, ἴδ' ἴνα τῆς ὑπατείας ἀναγκασθῆναι, μήτε ἐκ πατρώων, μήτε ἐξ ἐπιγορίας Ἰνῶς, ἐκστῆναι*, ac ipse viuus et neque legibus patriæ; neque ob aliquam culpam eo se. consulatu se abdicauit, quo et supra excitatum IULII POLLICIS *μ*) testimonium referendum est. Hæc si curatius expendaris, an num in illis duorum horum, de quibus disputamus, vocabulorum discrimen plane sublatum cernis? an num obseruas, ea sæpenumero vnam eandemque significandi vim apud præcos, quos Græcia tulit ac fouit, scriptores habuisse? Ad istiusmodi effatorum classem pertinere IO. IENSIVS autumat hæc AELIANI *η*) verba: *ἀρχαίας γὰρ θύκας ἀνολέξας ἀπέδειξε πάντας Ἀθηναίους πρὸς θεῶν κειμένους κατὰ τὸ πατρώιον αἰσῆς ἔθος*, referatis enim antiquis monumentis, ostendit, omnes Athenienses versus occasum patrio ipsis more iacere, sed deceptus est sine dubio falsa lectione, quam et CAMILLVS PERVSCVS sua, quam Romæ

B 2

*ι*) eunuch. rom. I. oper. p. 842.*κ*) dial. Alexandr. et Annib. ib. p. 287.*λ*) vid. GRAEVIUM ad Lucian.

rom. II. p. 737.

*μ*) libr. II. cap. 11.*η*) libr. VII. var. hist. cap. 19. p. 464.

CIIDXXXV. emisit, auctoris huius editione sequutus est, reprehensus eam ob causam a IACOBO PERIZONIO o).

## §. III.

EX iis igitur, quæ disputavi, facile adparet, re ipsa quidem inter voces πατρικός, πατήριος et πατρικός existisse discrimen; id vero in antiquis Græciæ ingeniorum monumentis non semper obseruatum esse. Idem videbis, si memorata hæc vocabula, ad deos ac sacrorum cærimonias apud prisicos scriptores translata, intueri velis. Sæpissime enim differentiam inter has voces, quum de sacris usurpantur, factam; alibi vero nonnunquam; rarius tamen, neglectam deprehendes. En hæc veterum loca, ex quibus luculenter supra a me iam monstratum discrimen harum vocum patet. Ita πατρικός ἐστὶν sunt laræ paterni; siue qui patris fuerunt, et quibus ipsæ sui suæque totius familiæ curam tutelamque commiserat, quemadmodum hæc loquendi ratio apud DIONYSIVM Halicarnassensem p) ita occurrit: Φεύγειν ἐν τῆς πόλεως ὁσημέραι, καταλίποντες τὰς πατρικός ἐστίας οἱ χαρίετατοι τῶν δημοτικῶν, quotidie ex vrbe profugunt, relictis paternis laribus, ex plebeiis optimi quique. Πατήριος contra dii. si propriam, quam supra tradidimus, vocis significationem consideramus, ii sunt, qui in patria publice coluntur, nulla habita aut antiquitatis; aut patrum; aut maiorum; aut ipsorum cultus ad posteros propagationis ratione, modo si publice in patria recepti et auctoritate magistratus confirmati erant. Atque hoc modo vocem hanc accepisse videtur HERODIANVS, si tota verborum ipsius ratio rite examinatur. Loquitur enim de faustis adclamationibus, Maximino ab Aquileiensibus aliisque Italiæ ciuitatibus factis, hasque, præter alia lætitiæ signa, simulacra quoque numinum obuiam ipsi in pompa tulisse, his verbis refert q) Θεῶν πατρίων ἕκαστοι προσεκόμισον ἀγάλματα, deorum patriorum simulacra omnes adduxerunt; satis autem constat, in huiusmodi solemnibus adparatu non statuas solum deorum πατρίων, sed et aliorum numinum veteres circumferre solitos fuisse,

o) not. ad hunc locum.  
p) libr. XI. antiquit. Rom. p. 693.

q) libr. VIII. cap. 7. §. 4. p. 355.



fuisse, modo si ex iis fuerint, qui publice in patria colerentur. Ab his deis πατερός denique diuersi fuerunt πατέροι, quorum cultus, si ad propriam et natiuam vocis significationem animum aduertas, a patre ad filium est delatus. Quatenus autem nomen hoc diis tribuitur publicis, quibus gens aliqua; aut ciuitas; aut populus diuinum præstitit cultum, facile per se patet, per deos πατερός ea designari numina, quorum sacra, a patribus totius gentis summa religione carmoniaque confici iam solita, ab his velut per hereditatem ad posteros transferunt. Docet id luculenter *scholiastes* ARISTOPHANIS *r*), quando hæc verba, quibus, præter Apollinem, de Ioue, deo Atheniensium πατερός, loquitur: διὰ τὸ πρῶτος ὑποδείξασθαι τὰ θεῶ εἰς τὴν χώραν καὶ θυσίας συντελέσαι κατὰ Φεήτας καὶ δήμους, καὶ συγγείας, quod omnium primi duo hæc numina ea regione exceperint, illisque per singulas tam curias, quam populos et cognationes sacra fecerint; cum iis, quæ antea memorauit, comparare velimus *s*), ubi itidem ab Atheniensibus Iouem πατερός cultum esse, refert, atque addit: ὅτε πρῶτον ταῖς Ἀθήναις ἐπέση, καὶ ἐφάνη τοῖς πατέρασιν αὐτῶν. Iouem itaque hunc Atheniensibus primum præfuisse eorumque maioribus adpartuisse; ab his vero diuinis honoribus cultum atque ob id πατερός adpellatum fuisse, aperte memoratus auctor significat ac simul luculenter confirmat, cum eiusmodi deorum patriorum erga maiores cura ipsam cultum apud veteres arcuissimo vinculo coniunctum fuisse. Idem etiam ex LUCIANO *t*) potest colligi, qui, quum de diis πατερός refert, eos, in ea regione, ubi tanquam patrii colerentur, natos educatosque, singularem istius curam suscipere: eam custodire, defendere ac tueri, eiusque incolis magis; quam exteris, sese addictos multis speciminibus profiteri, haud obscure innuit, deos πατερός eos esse, in quorum tutela antiquissimi istius regionis incolæ ac gentis quasi patres fuerint, et quorum perinde cultus ab his ad posteros propagatus sit. Ita quoque apud AELIANVM *u*) γονιμοί, aut, si vera

B 3

TANA-

*r*) nubib. v. 1470. p. 112.*s*) *ibid.**t*) patrie encom. p. 478.*u*) libr. II. cap. 28. p. 119. PERIZO-

NIVS

TANAQVIL. FABRI est lectio: προγονικὴ ἦρωες, progenitorum heroes cum θεοῖς πατέροις coniunguntur, ipsi vero πατέροις apud PLATONEM x) προγονοὶ vocantur, et Macedonum Iouis templum veterrimæ religionis fuisse, apud IVSTINVM y) dicitur, qui nomen hoc ita describit, vt, comparatis inter se iis, quæ antecedunt, cum verbis sequentibus, non difficulter pateat, Iouem hunc, cuius sacra, tamquam veterrima et ab vltimis temporibus in hac gente repetenda, describit, patrium Macedonum existisse. Ita porro in inscriptione apud CAPACIVM z) et IAC. SPONIVM a) Eumelus θεὸς πατέρως vocatur, quam, vbi cum PAVSANIA b) comparamus, Eumelum Patrensiū primū regem ac conditorem existisse deprehendimus, qui proinde apud hanc gentem a primis eius initiis cultus ac diuinis postea adfectus est honoribus, ita vt eius sacra a maioribus ad posterum deferrentur; ipse vero, vti probabile est, eandem ob causam honorificam πατέρως nancisceretur adpellationem. Et quid de ceterarum gentium diis πατέροις dicam, infra a me percensendis? Quos vbi curatius intuemur, nullos alios eo nomine insignitos a veteribus fuisse, obseruabimus; quam quorum cultus in vna gente a primis eius initiis fuit, et quorum sacra ab eius patribus ad posteritatem, vna cum ipso deorum præsidio ac tutela, propagata sunt. Confirmant id quoque Romanorum penates, eorum vrbis custodes ac tutelaria numina, quæ per eminentiam, vt ex DIONYSIO *Halicarnassensi* c) aliisque, infra memorandis, patet, πατέρωα, patria adpellata sunt, quod eorum sacra ab Aenea in Italiam delata, atque ab ipso ad Romanos traducta fuerunt. Confirmat id porro diuinus legatus, PAVLLVS, quum nostro, quod infra explicabimus, effato, verum deum Israelis θεὸν πατέρωον adpellat, qui aliis

NIUS legit: γονικὴ ἦρωες, sed magis placet communis lectio, quum satis cognitum sit, etiam heroes, qui maiorum vixerunt ætate, a posteris diuinis cultos esse honoribus, ideoque optime eos cum diis patris coniungi potuisse.

x) *Eurhydē. tom. I. oper. p. 302.*

y) *libr. XXIV. cap. 2.*

z) *hist. Neapol. cap. IX. p. 43.*

a) *miscellan. erud. antiquit. pag. 108. inser. 85.*

b) *Achaicis, cap. XVIII. p. 568.*

c) *libr. I. p. 54.*

aliis oraculorum sacrorum locis d): Θεός Αβραάμ καὶ Ἰσαάκ καὶ Ἰακώβ, itemque: Θεός τῶν πατέρων ἡμῶν dicitur, et qui de se ad Moſen e): ὁ Θεός τῶν πατέρων σου dicit, et de quo ipſe PAVLVS f): ὁ λατρεύω, ait, ἀπὸ προγόνων ἐν καρδίᾳ συνειδήσει, cui ſeruo a progenitoribus in pura conſcientia. Ex his itaque ſatis ſuperque differentia, quæ inter deos πατέρως et πατρίως anti- qua ætate fuit, elucet. Eandem obſeruant ex recentioribus ADR. TURNEBVS g) his verbis: *dii patrii ſunt, et qui græce θεοὶ πατέρι vocantur, qui in patria coluntur noſtra, et πατέροι, qui a patribus noſtris culti ſunt, quorumque per manus a patribus religionem accepimus*, et FRID. TAVEMANNVS h): *θεοὶ πατέρι vocantur, qui in patria coluntur noſtra: πατέροι, qui a patribus noſtris, et per quorum quaſi manus religionem accepimus.*

## §. V.

HAEC quamvis ita ſeſe habeant, et diſcrimen, quod inter vocabula πατέρις et πατρίως deprehenditur, ex ipſis a me ex- citatis teſtimoniis ſatis pateat; eadem tamen, quæ ſupra de eorum uſu memorauī, etiam tum, quum de patriis diis in an- tiquis ingeniorum monumentis eſt ſermo, obſeruanda ſunt. Quum enim πατέρις, maxime, ſi de ritibus, conſuetudinibus; aut legibus hæc vox uſurpatur, ea potiffimum designant, quæ ex veteri conſuetudine, inſtitutoque maiorum in patria fieri ſolent, factum proinde eſt, vt eandem ſignificationem voci huic adtribuerent Græci ſcriptores, ſi de ſacrorum ritibus ac carimoniis, de deorum cultu deque ipſis numinibus patriis loquebantur; per πατέρως vero deos ea potiffimum intelligerent numina, quorum cultus in patria antiquis et maiorum ætate ſancitis legibus innixus erat, et quæ patriæ tutelaria exiſte- bant. Eam ob cauſam voces πατέρις et πατρίως ſæpe pro ſynonymicis, vti vocantur, uſurpari ſolent, ſi de diis et ſacris eſt ſermo. Luculenter hoc docet inſigne DIONYSII Halicarnaſ- ſenſis i) eſſatum. Nam his verbis: ἐπεί τοι λέγουσι, τῶ ἀνδρὶ ἐπι- 571α

d) act. III. 13. V. 30. XXII. 14. et ſæpius.

e) act. VII. 32.

f) 2 Tim. I. 3.

g) libr. XVII. aduerſar. cap. 4. p. 504.

h) not. ad Virgilium p. 481.

i) libr. I. p. 46.

σημα μεγάλην ἰνά καὶ θαυμαστὴν ἐνπνεῖον τῶν θεῶν ἰοι τῶν πατέρων  
 εἰκαθεῖσιν ὄψιν, alii narrant, viro Aeneae visum in somnis spe-  
 ctrum ingens, simulata vnus ex patriis diis; siue penatibus, spe-  
 cie, statim addit, Aeneam ἰοῖς θεοῖς πατέροισι, diis his patriis,  
 quorum vnus speciem in somno viderat, sacrificium obtulit.  
 Accedit, quod Iupiter, qui alias, vti apud DIONEM Chry-  
 sostomum k), PAVSANIAM l), EURIPIDEM m), scholiasten ARI-  
 STOPHANIS n) aliosque est, πατέρος dicitur, in hac inscri-  
 ptione apud GRUTERVM o):

### ΔΙΙ· ΠΑΤΡΙ\_Ι

et in alia, quae ipsi et Veneri caelesti dicata est p):

### ΔΙΙ· ΠΑΤΡΙ\_Ι· ΚΑΙ· ΑΡΤΙΜΠΑΣΑ cet.

πάτριος vocatus sit, ex quo itidem constat, saepe nullam differenti-  
 am inter τὸ πάτριον et τὸ πατέρον factam esse; nisi quod dicere velis,  
 alium esse Iouem, qui πάτριος, et alium, qui πατέρος nuncupatus  
 sit, quod vix probare; aut vllō argumento, vti decet, confir-  
 mare poteris. Addo, quod in insigni apud MVRATORIVM q)  
 marmore θεοῖς πατέροισι pro salute C. Stertini Heracliti gratiae  
 peragantur; ipse vero Stertinius amator patriae et erga patriam  
 beneficus dicitur, manifesto indicio, deos πατέρος eisdem  
 cum πατέριος habitos fuisse. Quid quæris? ipsae rationes haud  
 longe petendae sunt, quare duae haec voces, si propriam, quam ha-  
 bent, significationem respicimus, re ipsa inter se quidem diuersa;  
 promissue tamen a prisca, vbi de diis patriis loquuntur, vsurpa-  
 tae sint. Quum enim πάτριος de iis dici solet, quae ma-  
 iorum aetate sancita ac stabilita sunt, res ipsa postulat, vt quae  
 in patria secundum antiqua instituta ac priscae consuetudines  
 fiunt, ea simul per id a maioribus ad posteros traducta esse, dica-  
 mus. Deinde saepe diis patriis ipsam, in qua tamquam πατέροι  
 culti sunt, regionem tamquam patriam assignare ac de illis  
 fingere solebant, quod ibi nati educatique fuerint, id quod

LVCIA-

k) orat. p. 205.

l) p. 165.

m) Electr. v. 611.

n) p. 112. ed. KVSTERI.

o) p. XXI. inscr. 12.

p) p. LX. inscr. 6.

q) inscr. p. 1985. num. 8.

LVCIANVS *r*) et *scholiaſtes* ARISTOPHANIS *s*) de Ioue et Apolline diſerte adfirmant; hæc vero quum ita ſint, quis non videt, ſummo iure deos *πατρώας* etiam *πατρίδας* dici potuiſſe? Accedit, quod ipſi hi dei *πατρώοι* patriæ dii tutelares, præſides ac ſalutis ipſius cuſtodes ac vindices haberentur grauiſſimi, ita vt vel eas ob cauſſas ipſis nomen *πατρίων* adſignarent veteres.

## §. VI.

ſi ea, quæ iam dixi, vt decet, expendimus atque inprimis cogitamus, deos *πατρώας* etiam *πατρίδας* vocatos fuiſſe, lubentes fateri nos oportet, etiamſi vocabulum *πατρώας* id, quod a patre ad filium peruenit, in antiquis ſcriptoribus deſignare ſoleat; ex ipſo tamen promiſcuo vocabulorum horum vſu haud obſcure patere, publicos inprimis deos ita eſſe adpellatos, qui totius patriæ præſides et ab vniuerſa gentis maioribus ad poſteros in hac vel illa regione; aut ciuitate delati eſſent. Merito autem ea in re quaritur: vtrum et ſingularum familiarum dii priuati, vt lares fuerunt, et quorum cultus itidem a patre ad filios propagari olim ſolebat, ita nuncupati fuerint? Id nemo facile quidem negabit, præſertim, quum id non ſolum propria huius vocis ſignificatio oſtendit; ſed haud obſcure colligi quoque poſſe videtur tam ex EVRIPIDE *t*) et LYSIA *u*); quam ex marmore apud IOSEPH. BIMARDVM *x*), ne de Romanis dicam, apud quos lares etiam *patrii* ſunt vocati; id tamen extra omnem dubitationem eſt poſitum, per vſum honorificam hanc adpellationem diis maxime publicis, quos tota coluit patria, datam et adtributam fuiſſe. Adde, varia eſſe in priſcis ingeniorum monumentis paſſim loca, quæ *πατρίων* deorum mentionem faciant, et quæ doctiſſimi viri de laribus;

C

aut

*r*) patria encom. tom. II. oper. p. 478.

*s*) nubib. v. 1470. p. 112.

*t*) Hecub. v. 22. p. 2.

*u*) orat. contra Andocid. cap. IV. p. 62.

*x*) diatrib. de diis quibusdam ignotis, quæ exiſtat tom. I. theſaur. inſcript. Murator. p. 65. Ibi enim Crætas Ioui Madbacho et Selamanz *πατρώας* *θεός*

votum patrium, *ἕως* *πατρώας* ſuis ſummiſſis ſoluit. Ipſa Iouis cognomina ignota ceteroquin ex oriente petenda eſſe videntur. Adde GISB. CVPERVM epiſt. in diſſ. ſur diuers. materies de religion. et de philol. tom. II. p. 47. Multa de hac inſcriptione ipſe BIMARDVS diſputauit.

aut domesticis numinibus interpretantur; sed, si ea ponderare, si curatius cognoscere quis velit et eorum rationem ad veritatem reuocare, eorum plurima de publicis patriæ diis, a maioribus ad posteros delatis, agere, videbit. Ita FRID. TAYBMANNVS *γ*) hæc XENOPHONTIS verba, ubi de Aeneæ patriis, quos secum Troia abstulit, diis est sermo: *Αινείας δὲ πάσας τὰς πατέρας καὶ μητέρας θεὸς εἶ*, de laribus; siue priuatis diis, intelligenda esse, arbitratur: ita inscriptio illa apud CAPACIVM *a*) et SPONIVM *b*), de qua supra iam dixi, Eumeli, ΘΕΟΥ ΠΑΤΡΟΩ, et Eumelidarum, qui deo huic aut statuam; aut aram consecrarunt, his verbis mentionem facit: ΦΡΗΤΟΡΕΙΝ. ΕΥΜΕΛΕΙΑΩΝ. Τ. ΦΑΛΑΤΙΟΣ. ΠΙΟΣ. ΦΡΟΝΤΙΣΤΗΣ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ, quum autem ex HESYCHIO *c*) SPONIVS probari posse, contendit, *Φεήτορες* fuisse *συγγενείς*; siue, quæ eius verba sunt: *gentiles, qui secundum Ciceronem in topicis eodem inter se nomine sunt d*), suspicari quis posset, existisse Eumeli huius *πατέρας* cultum priuatum, et in Eumelidarum cætu solum vsitatum. Accedunt VIRGILII *e*)

et

*γ*) not. ad Virgilium p. 481.

*ε*) mentionem facit τῶν μητέρων θεῶν XENOPHON non solum hoc loco, ad quem TAYBMANNVS prouocat; sed etiam *libr. II. hist. græc. cap. 13. p. 113.*, quo Cleocritus, vnus ex Thesybuli sociis, qui a triginta, vti dicuntur, tyrannis in exilium missi, arma contra suos ciues, Athenienses, sumserant eosque praelio vicerant victos ita adloquitur: *πρὸς θεῶν πατέρων καὶ μητέρων, πάντων τε ἀμαρτάνοις ἐς τὴν πατρίδα*, per deos patrios ac maternos, tandem in ipsam patriam delinquendi finem facite. Merito itaque quaeritur: animum et veteres Græci singulare deorum constituerint genus, μητέρων adpellatum, et a πατέρας distinctum? Nullibi idprehenditur. Cleocritus itaque de nullis aliis; quam qui alias *πατέρας* solum vocati sunt, loquutus esse videtur; vt autem *ἐμφατικώτερον* id effect, addit *μητέρων* ac eo significat, se

per eos deos Athenienses rogare, quos omnes ipsius et illorum maiores, tam patres; quam matres coniunctim coluerint. Eodem modo et illud effatum, quo de Aeneæ patriis diis loquitur, interpretandum est, fuisse eos antiqua et tutelaria omnium Troianorum numina.

*a*) *hist. Neapol. cap. IX.*

*b*) *miscell. erud. antiqu. p. 108.*

*c*) *lex voc. Φεήτορες.*

*d*) Plura obseruat de his fratribus SPONIVS *loc. excir.* His fratras græco more Neapoli olim existisse, præter STRABONEM tradit VARRO *de lingu. lar. libr. IV.* Earum in lapidibus; sed raro mentio fit: vide GRVTERTVM p. CXII. *inscr. 8. p. CXXV I. CCXVI. REINESIVM class. I. num. 146. 204. class. VI. num 37. FABRETTVM in script. domest. p. 456. CAPACIVM loc. excir.*

*e*) *libr. II. Aeneid. v. 512.*

et PAVSANIAE f) testimonia, quæ idem probare videntur, vbi inter se conferuntur ac comparantur. Virgilius enim aram Iouis, ad quam Priamus occisus fuit, in medijs ædibus stetit, refert, eamque simul priuato huius numinis cultui consecratam esse, haud obscure significat; simul vero ad sacra Iouis Hercæi respexisse videtur, qui ob priuatum intra ædium septa; siue ἔγων, cultum ita adpellatus fuit g); PAVSANIAS contra diferte aram Iouis πατῶν fuisse, memorat, ita vt per id Iouem Hercæum, qui et IVPITER DOMESTICVS in inscriptionibus apud GISB. CYPERVVM h) vocatur, et Iouem πατῶν vnum idemque numen fuisse, quodammodo ex comparatis inter se his VIRGILII ET PAVSANIAE locis colligi posse, videatur. Hæc quamuis ita sint, nec vllum negaturum esse, credam, etiam priuata sacra, quatenus ista a parente ad filium traducuntur, vti publica totius patriæ, πατῶν adpellata esse; attamen eos errare, non sine ratione puto, qui hæc adducta effata de priuatis sacris interpretanda esse, censent. XENOPHONTIS enim effatum vbi rite expenditur ac cum iis, quæ de patriis Aeneæ diis DIONYSIVS Halicarnassensis i) memoria prodidit, confertur atque consideratur, eos omnium, qui ea tempestate cum Aenea Laurentum adpulerunt, communes existisse deos, et ipsum DIONYSIVM numina ista Aeneæ non πατῶν solum; sed et πάτρια; siue publicos patriæ deos adpellare; VIRGILIVM k) vero dicere, in eorum numine non singularem aliquam domum; sed totam Troiam fuisse, luculentissime adparebit, quodnam pretium huic TAVEMANNI commento statuendum sit. Nec fore vllum puto, qui ex adlata a me inscriptione, Eumelo, deo πατῶν, consecrata, rite probare se posse, contendat, herois huius sacra priuata tantummodo in Patrensi colonia existisse. Quasi non potuissent Eumelida numini huius colonix publico statuam; aut aram consecrare? Quid? quod Eumelida, si huius numinis cultus existisset gentilis, deum hunc non πατῶν; sed Θεάτειον potius adpel-

C 2

f) Corinthiac. cap. XXV. p. 165.  
g) vid. HARPOCRATIONEM lexic.  
voc. ἔγωνος ζῶν p. 171.

h) monument. antiqu. p. 235.  
i) libr. I. p. 46.  
k) libr. II. Aeneid. v. 702.

adpellassent sine dubio, vt in aliis est inscriptionibus apud GRVTERVM *l*), quæ, vti illa, de qua disputamus, in Neapolitano agro inuentæ sunt, ne dicam, quod ea, quæ supra ex SPONIO adtuli, et quæ ad vocabuli *Φεήτορας* interpretationem spectant, adhuc maxime dubia sint, vt haud immerito id contra SPONIUM FABRETTVS *m*) obseruauit, cuius verba digna sunt, quæ legantur riteque expendantur. Nec PAVSANIAE effatum ita est comparatum, vt ex eo, si id cum VIRGILIO confertur, solide probari possit, lares, et deos domesticos in isto *πατρῶες* adpellatos fuisse. Ex PAVSANIA enim nihil aliud conficitur, quam quod in Priami domo fuerit, Ioui Troianorum patrio consecrata, publico totius populi numini, quod eodem iure, quoad priuatum eius intra singularium ædium septa cultum spectamus, *ἑρκείων* *Hercæum* adpellari potuit, quo cuique familiæ licitum fuit, ex publicis patriæ diis sibi aliquem, tamquam præsidem et tutelare numen, adfiscere eique priuata sacra facere *n*), id quod, præter alia ab aliis iam adducta argumenta, ex effosso quodam apud IO. VIGNOLIUM *o*), cippo probari posse, credo, in cuius altero lapide hæc leguntur verba: DEO IN CVIVS TVTELA DOMVS EST; in altero nomen ipsius huius dei tutelaris ita indicatur: SERAPI CONSERVATORI. His accedit, quod, vti ex DIONYSIO *Halicarnassensi* *p*) constat, ipsi penates publici principes Romanorum *πατρῶοι* dii, a nonnullis *ἑρκῆες* adpellati fuerint, non solum ob locum, vbi fuerunt, vndiquaque septum; sed maxime etiam, quod ciuitatum regionumque, quibus præfiderent, finibus conclusam illorum potentiam ac tutelam existimabant veteres; præsidium vero illorum patriæ finibus pariter contineri; ac domesticorum deorum potestatem, quam ædium septis latius patere, negatum olim fuit. His addo, ipsum Iouem, vt recte KVHNIVS *q*) obseruat, tam *Hercæi*; quam *πατρῶες* nomen,

*l*) p. CXII *infr.* 8. et p. CXXV.

*m*) *loc. citat.* p. 461.

*n*) vid. IO. DOMINICI BERTOLII *antichità d' Aquileia*, p. 81. et *note, ouero memorie del museo del conte Ludouico Moscardo*, p. 324.

*o*) *inscriptionibus selectis*, additis eius *dissertationi de columna Antonii Pii*, p. 183.

*p*) *loco excitato.*

*q*) *nor. ad Pausan. Corineth. cap. XXV.*



men, tamquam publicum numen, diuerso ceteroquin modo, vti infra monstrabo, gessisse, id quod ex DIONE *Cbrystostomo* r), EV-  
RIPIDE s) PAVSANIA t) et *scholiaste Aristophanis* u) patet. Eam-  
dem ob causam apud HARPOCRATIONEM x) Iouem *Hercaem* et  
*Apollinem patrum*, quasi numina eiusdem virtutis ac potentia,  
coniuncta cernimus.

## §. VII.

RES ipsa postulare videtur, vt, qua obseruanda potissi-  
mum de Romanorum voce *patrius* sunt, in medium adfera-  
mus. Quod Graeci per *πατῆρος* et *πάτριος*, id vno vocabulo  
*patrius* Romani exprimere solent, ita vt per id eius originem  
a vocibus *pater* et *patria* simul repetere videantur. Si graeca  
cum latinis comparare licet, ἰὸ πατρικῶν voci *paternus*, *πατρίου*  
contra et *πατρίων* vocabulo *patrius* respondere existimo; ita  
tamen, vt latina perinde; ac graeca vocabula saepe promiscue  
ac pro vocibus eiusdem significandi potestatis vlturpata esse,  
videas. Superuacuum sane foret, exempla multa hic conge-  
rere, quorum effusissimam vim ex conditoribus lexicorum in-  
dicumque copiosissimorum, quibus nostra potissimum atate  
splendidæ veterum auctorum classicorum editiones, maxime Belgicæ,  
ornata sunt, adferre possem; ne tamen quidquam, quod  
ad argumentum ipsum pertineat, prætermisisse videar, eorum  
solum pauca dare, animus est. Ita, quod Graeci dicunt: *πα-*  
*τρικὸς φίλος* y), *πατρικῆ ἐξία* z), *πατρικὸς πλῆτος* a), *πατρικὴ*  
*γενεά* b), id Romani scriptores reddere suo sermoni solent per  
*paternus*, et *paternus*, aiunt, *amicus* c), *inops lauis et fundi pa-*  
*terni* d), *opes paterna* e), *bona paterna* f), *genus paternum* g);

C 3

r) *orat.* p. 205.s) *Electr.* v. 611.t) *Corinth.* p. 165.u) *nubib.* v. 1470. p. 112.x) *lexic. voc. ἐγκρίτος* p. 171.y) *vid. ARISTOPHANEM aulib.* v. 142. p. 386.z) teste DIONYSIO *Halicarnassensi*,

p. 693.

a) *apud eundem*, p. 185.b) *conf. HESYCHIVM lex. voc. φέρτωρ.*c) *leg. CICERONEM libr. IV. epist. 13. ad Atticum.*d) *ita HORATIUS libr. II. epist. 2. v. 50.*e) *adeas OVIDIVM libr. IV. epist. ex Pont. 15. v. 13. libr. II. trist. v. 130.*f) *TACITVS libr. III. annual. cap. 18.*g) *ibid. libr. XI. cap. 16.*

πατρίως contra et πατρίως est Romanorum patrius, ac significat: I. quod est patris; vel a patre ad filios peruenit, vt: patrius mucro *b*), patria bona *i*), res patria et auita *k*), patrium regnum *l*), ius patrium *m*), agri patrii *n*): II. quod a maioribus ad posteros delatum ac propagatum est, perinde ac vox πατρίως, vt supra obseruauit, quo ea veterum effata referenda existimo, quibus de patria formidine *o*), patrio pauore *p*), patrii moribus *q*), patrio cultu *r*) cet. loquuntur. III. quod patriæ est; vel ad totam patriam spectat, vt sunt patria arma apud VIRGILIUM *s*), patrium aruum apud OVIDIUM *t*) execrationes patriæ et sermo patrius apud TACITUM *u*) aliosque. Hæc quum ita sint, facile colligi posse arbitror, quæ vocabuli huius significatio sit, si eam ad numina ac sacrorum caerimonias in antiquis ingeniorum monumentis translata cernimus. Quum enim de diis publicis sermo est, quis non vocabulo hoc eos indicari videt, qui non solum patriæ custodes ac præsidè habiti; sed a maioribus etiam ac ipsarum gentium statoribus ad posteros delati sunt, id quod quilibet, me haud monente, obseruabit, si VIRGILII *x*), si TACITI *y*), CVRTHII *z*), CORNELII NEPOTIS *a*), si MACROBII *b*) de diis his patrii effata rite expendant.

*b*) conf. VIRGILIUM *libr. XII. Aeneid. v. 736.*

*i*) apud SALLVSTIUM *bell. Catilin. cap. XIV. et TARENTIUM eunuch. act. II. scen. 2. v. 4.*

*k*) apud CICERONEM *Verrin. II. 13. et alibi.*

*l*) vid. TACITUM *libr. XII. annal. cap. 51.*

*m*) *ibid. libr. XIV. cap. 12.*

*n*) conf. OVIDIUM *libr. XIV. metamorph. v. 476. Adde remed. amor. v. 262. 474. libr. VIII. metam. v. 843. libr. XV. v. 22. libr. IV. trist. eleg. 5. v. 8. libr. V. eleg. 4. v. 21.*

*o*) vid. SILIUM *Italicum libr. I. v. 32.*

*p*) teste eodem, *libr. XV. v. 722.*

*q*) ita præter alios veteres scriptores OVIDIUS *libr. VI. metam. v. 648. libr. XII. v. 1. libr. I. epist. V. ex Pont. v. 49. TACITUS sapissime et nominatim libr. XIV. annal. cap. 20.*

*r*) vid. eundem, *libr. IV. histor. cap. 64.*

*s*) *libr. III. georg. v. 346. adde TACITUM de morib. Germ. cap. X.*

*t*) *ibid. v. 506.*

*u*) *libr. IV. histor. cap. 15. libr. IV. annal. cap. 45.*

*x*) *libr. I. georg. v. 497.*

*y*) *libr. I. annal. cap. 59. p. 117. ed. IVL. PICHONII.*

*z*) *libr. IV. cap. 10. p. 249.*

*a*) *vit. Themistoclis, cap. VII.*

*b*) *libr. III. saturnal. serm. cap. 4.*

rit. A diis eiusmodi publicis diuersi ii fuerunt, quibus singularium adium cura tutelaque commissa erat, *larium* vt plurimum nomine a reliquo numinum coetu distincti. Hos itidem *patrios* adpellari potuisse, res ipsa declarat, quoniam sacra ipsorum cum ipsa domo a parente ad filios deferri olim solebant, quam ob causam etiam *familiares* nuncupantur a SALLUSTIO *c*), et PLAVTVS *d*) de eorum ad filios propagando cultu canit:

- - - - - *hanc domum*  
*iam multos annos est, quum possideo, et colo*  
*patri a quoque iam huius, qui nunc habet,*

ne dicam, quod sine dubio *larium* cultus ab antiquis Italiae populis ad primos Romanae gentis statores delatus et ab his ad posteros deductus esse, multis haud improbabile videatur, ita vt hi vel eam quoque ob causam *patriorum* quodammodo nomen postulare iure meritoque possint *e*). Exempla id etiam confirmant, quo *patrius ille fundus et lar* apud HORATIVVM *f*), *lares patrii* apud OVIDIVM *g*) aliosque plures *h*), *patrii foci et ara patrie* apud eundem *i*), itemque varia CICERONIS *k*) aliorumque effata pertinere existimo. Ex his satis est manifestum, vocabulo *patrius*, quando id de *laribus* vsurpatur, paullo aliter; quam de diis patriae publicis accipi. Illi enim ita vocantur, quod sacra ipsorum a parente ad filium traducta sunt; his vero id nomen tribuitur, cum, quod patriae praesidebant eamque tuebantur, tum propter cultum ipsorum, qui a patribus; siue maioribus totius gentis ad posteros delatus est. Quando itaque *lares* dicuntur *patrii* id eodem modo fit, quo *paternorum* nomen ipsis alias tribuitur, quo haec

HORA-

*c*) bell. Catil. cap. XX. §. II.

*d*) antul. prolog. v. 4. adde THOM. REINESIVM ad inscr. I. class. I. pag. 140. et GOTTLIEB. CORTIVM nor. ad SALLVST. p. 138.

*e*) vid. IOSEPH. ROCC. VVLPIVM ver. Lat. profan. et sacr. tom. VI. p. 86.

*f*) libr. I. ferm. 2. v. 56.

*g*) remed. amor. v. 237. 239.

*h*) vid. BVRMANNVM nor. ad Ouid. heroid. ep. XIV. p. 191.

*i*) libr. V. vrist. eleg. II. v. 18. libr. I. ep. 3. ex Pont. v. 34. libr. XV. metam. v. 733.

*k*) conf. SAM. PITISCVM lex. ant. rom. tom. II. p. 35.

HORATII 1) verba referenda sunt: *inops laris et fundi paterni*, et quæ in vetusto apud OCTAVIUM RVBEVM m) lapide habentur:

DIS. PATERNIS  
SVRGATEO

MAGNO

PATRO - - -

O. M. TRYPHON - - - -

V. S. L. M

quem et IANVS GRVTERVS n), alia ceteroquin descriptum manu ideoque paullo aliter exhibet; quæ vero lectio diuersitas ad nostrum institutum iam non pertinet. Ipsam hanc *pateri* adpellationem si curatius expendis, eam a *patrii* nomine eodem modo, vt vocabulum *πατριος* a *πατρις*, differre, obseruabis. Vocabulum enim *patrius* pro diuersa eius significatione tam diis patriæ publicis; quam laribus tribuitur; neuiquam vero id de voce *paternus* potest dici, quod tantummodo de iis, quæ patris fuerunt; vel ad illum spectant; minus autem de iis, quæ patriæ sunt, vsurpari solet. Ad hæc, vocabulum *paternus*, si de patris, quo numina prosequutus est, cultu adhibetur, itidem a voce *patrius* quodammodo et ita differre videtur, vt dii *pateri*, si, vt in inscriptione, *larum* nomen haud additur, etiam publici dii esse possint, quos pater præ ceteris coluit, ac propitios habuit; *patrii* vero dicantur lares, quorum sacra ab ipso ad filios heredes transferunt. Apud OVIDIUM o) *sacra paterna* sunt ea, quæ in honorem Romuli, tamquam patris, instituta sunt.

§. VIII.

HIS expositis, vt ad ipsos deos patrios accedamus eorumque scrutemur rationes, res ipsa et instituti ratio postulare videtur. Dii hi patrii proprii erant vniuscuiusque gentis, et singulæ

1) libr. II. epist. 2. v. 56.

m) memor. Brescian. p. 232.

n) p. CVII. inscr. 3. adde EZ. SPAN.

HEMIVM epist. 4. ad Movellum.

o) libr. II. fast. v. 512. rom. III.

p. 117. ed. BURMANNI.

gula regiones, singula fere ciuitates singulares praesides ac defensores habebant, ita vt secundum TERTVLLIANVM p) *uni- cuique prouinciae et ciuitati suus deus esset*. Testatur hoc vetus epigramma apud IO. ALB. FABRICIVM q), et PETR. ZORNIVM r), cum quo insignia OVIDII s), TERTVLLIANI t), ORIGENIS u), CLEMENTIS *Alexandrini* x), LACTANTII y), PRVDENTII z), SIDONII *Apollinaris* a) aliorumque effata possunt comparari. Vocabantur eiusmodi regionum ac vrbium tutelaria numina dii *ἐχχάριοι, ἐγγυεῖς, ἱστικοί, πολιῆχοι* b), *custodes, tutatores, propugnatores*, in inscriptionibus: TVTELARES apud GRVTERVM c); DII DEAEQVE HVIVS LOCI apud eundem d) et apud REINESIVM e); PRAESIDES; sacra vero ipsorum MUNICIPALIA apud memoratum GRVTERVM f), quumque potentiam eorum ac tutelam patriae finibus circumscriptam esse; nec ultra hos facile excurrere, saltem non tam efficacem esse, existimarent, facile colligi potest, cum eorum praesidio singularem quoque cultum fuisse coniunctum, qui itidem vt plurimum ipsius regionis terminis conclusus erat. Vnde et TERTVLLIANVS g), *satis rideo, ait, etiam deos decuriones cuiusque municipii, quibus honor intra muros suos determinatur*. In eiusmodi tutelarium deorum; siue regionis; aut ciuitatis praesidium censum cadunt, vt ex infinita eorum multitudine paucos adferam, Astarte, Aglibelus et Malachbelus, numina Syriae: Osiris Aegyptiorum: Bel Chaldaeorum: mater magna deum Phrygiae: Eumelus Patrensum: Aesculapius Epidauriorum: Sancus Sabinorum: Faunus Latinorum, Acinaces et Zamolxis Scytharum: Tanfana, Valleda, Aurinia, Tuisco, Man-

D

p) *apologer. cap. XXIV.*  
 q) *bibliograph. antiquar. p. 260.*  
 r) *bibliorb. antiquar. exeget. p. 73.*  
 s) *libr. III. fastor. v. 81. seq.*  
 t) *apologer. cap. XXIV. p. 238. edit.*  
 u) *HAVERGAMPL.*  
 v) *libr. V. contra Celsum, p. 603. rom. I. oper. ed. DELARVE*  
 x) *proreptic. p. 25.*  
 y) *libr. I. cap. 15. p. 65. ed. DVFRESNII.*

z) *in Symmachum, libr. II. p. 489. sq.*  
 a) *carum. IX. v. 165.*  
 b) *vid. EZECH. SPANHEMIVM not. ad Callimachum, p. 308. et PET. ZORNIVM bibliorb. antiquar. exeget. p. 72.*  
 c) *p. L. inscr. 7.*  
 d) *p. IV. inscr. 5.*  
 e) *class. I. inscr. 4.*  
 f) *p. LXVI. inscr. 3.*  
 g) *libr. II. ad nationes, cap. 8.*

Mannus Germanorum: Curis Valifcorum: Deluentinus Cru-  
fluminensium: Padus, Numicius, Vmbro, Macra, Cecina,  
Cremera, Almo cet. Tuscorum numina, aliique longè plures  
dii, quos præter alios STEPHANVS LE MOYNE *b*), LIL. GREG.  
GYRALDVS *i*), ANDR. TIRAQVELLVS *k*), PETRVS CRINITVS *l*),  
et PHIL. A TVRRE *m*) percensuerunt. Adde *Tyrinnium*  
*Thyatirenorum* apud IAC. SPONIUM *n*): *Herculeum Tyrriorum*  
apud PLVTARCHVM *o*) et IOS. BARNESIUM *p*): *Belenum*  
*Aquileiense* numen, de quo PHIL. A TVRRE *q*) et IO. DOMI-  
NICVS BERTOLIVS *r*) videndi sunt. Ita HORATIVS *s*) *custo-*  
*dum Numide deorum* mentionem facit, ne dicam de multis ali-  
is barbararum gentium diis propriis et peculiaribus, qui apud  
CVRTIVM, TACITVM, STRABONEM aliosque commemoran-  
tur, quos omnes ubi percensere vellem, ob multitudinem eo-  
rum, ipse, ubi initium: ubi finem facerem, me nescire, libens  
confiteor. Id monuisse hoc loco sufficiat, ubi deorum pa-  
triorum conditionem ea, qua decet, ratione expendimus, facile  
patere, eos in ἐγχαρισίαν ac τερμαίν deorum numero esse haben-  
dos *t*). Quid? si singulares deos patrios Syris in antiquis  
marmoribus *u*), si Germanis apud TACITVM *x*), si Scytharum  
genti apud LVCIANVM *y*), si Persis apud CVRTIVM *z*), si apud  
alios auctores *a*) aliis populis diuersos et a se inuicem distin-  
ctos cernimus adsignatos: si ciuitates alium atque alium pa-  
trium

*b*) variis sacr. p. 109.

*i*) hist. deor. synr. I. p. 59.

*k*) nor. ad Alexandr. ab Alex. libr. VI. cap. 4. p. 433.

*l*) de honest. discipl. libr. IX. cap. 3. p. 145.

*m*) monum. vet. Antii p. 256.

*n*) in aris ignotor. deor. rom. VII. thes. antiqu. Græc. GRONOVII, p. 254. et miscellan. erud. antiquir. p. 107.

*o*) tom. II. oper. p. 278.

*p*) nor. ad Euripid. p. 123.

*q*) monument. vet. Antii, p. 255. sq.

*r*) aurichirâ à Aquilicia, p. 86.

*s*) libr. I. od. 36.

*t*) conf. PETR. ZORNIVS biblioth. antiquar. exeger. p. 72. IO. ALE. FABRICIVS bibliograph. antiquar. p. 260. EZECH. SPANHEMIVS nor. ad Cal. limachum p. 308.

*u*) vid. GRVTERVM p. MXVI. in-  
scrip. 4.1

*x*) libr. I. cap. 59. p. 117.

*y*) Scyth. p. 648.

*z*) libr. IV. cap. 10. p. 249.

*a*) vid. scholiast. ARISTOPHANIS, aurb. v. 1526. p. 331. edit. KVSTERI FLA-  
TONEM tom. I. oper. p. 302.

trium deum coluisse legimus *b*): si porro penates, proprios et *ἑγχωρίαις* Romanorum deos, in patriis habitos apud DIONYSIVM *Halicarnassensem c*), VIRGILIVM *d*) et MACROBIVM *e*): si hos cum indigetibus; siue iis diis, qui in vna gente ob meritum famam diuinis honoribus adfecti sunt, coniunctos *f*): si penates, principes patrios Romanorum deos, a nonnullis, DIONYSIO *Halicarnassensi g*) teste, *ἑνεταίς*; siue eos, quorum tutela pariter ac cultus septo quasi; siue certis regionum agrorumque finibus continetur, adpellatos videmus, quid, inquam, si hæc omnia rite examinantur, an num ex eo facili negotio intelligitur, *πατρίαις* et *παργαίαις* veterum deos pro *ἑγχωρίαις* et singularibus propriisque vnus cuiusque gentis diis putandos esse?

## §. VIII.

EAMDEM ob causam apud NEPOTEM *b*) Athenienses suos patrios ac penates muris seplis dicuntur et SERVIVS *i*), patrios singulis ciuitatibus præesse, ait, vt *Mineruum Athenis, Iunonem Carthagini*. Apud AELIANVM *k*) Themistocles Atheniensis, vt pro patriis diis pugnarent fortiter, hortatur, quod non fecisse; nec facere commode potuisse, arbitratur; si eorum numen atque auxilium vbique ostendi ac præfens esse, illi sibi persuasissent. Sic et DEMOSTHENES *l*), vt iis, quæ dixerat, fidem faceret, deos aduocat testes, eos precatur, vt, si vera dixisset, omnia feliciter ipsi eueniant; si vero secus, ne vllius beneficii ipsam participem faciant, atque hanc in rem deos *ἑγχωρίαις* adloquitur et in his præ ceteris Apollinem *παργῶν*,  
D 2 præ-

*b*) infra id patebit, vbi de Ioue, Apolline, Mercurio, Hercule, Diana, Minerua, Iunone, aliisque diuersis diuersarum gentium ac ciuitatum patriis diis loquendi locus erit.

*c*) libr. I. p. 54. et 55.

*d*) apud MACROBIVM libr. III. *saturnalia serm.* cap. 4.

*e*) loc. memorato.

*f*) vid. HESIODVM apud MACRO-

BIVM *sonn. Scipion. libr. I. cap. 9. DIONYSIVM Halicarnassensem libr. VIII. p. 478. SERVIVM ad VIRGILIVM, libr. I. georg. v. 498.*

*g*) loco memorato p. 54.

*h*) vit. Themistocl. cap. VII.

*i*) apud GOTHOFREDVM auctorib. lingue latin. p. 1369.

*k*) libr. II. cap. 28. p. 118.

*l*) orat. de coron. p. 333. oper.

præceptum Atheniensium patrium ac tutelare numen, his verbis: καλῶ δὲ ἐναντίον ὑμῶν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι Ἰεὺς θεὸς ἀπαντας καὶ πάσας, ὅσοι τὴν χώραν ἔχουσιν τὴν Ἀττικὴν, καὶ τῶν Ἀπέλλου τῶν πόθιον, ὅς πατρώος ἐστὶ τῆ πόλει, *aduoco autem in conspectu vestro, Athenienses, deos deosque vniuersos, qui terram Atticam tenent, et inter Apollines Pythium, qui est huic urbi patrius.* Recte itaque **POLLITIANVS** hæc **HERODIANI** *m)* verba: Ἀντωνίνος ἐλθὼν εἰς τὴν Νικομήδειαν ἐχέμαζε· εὐθέως τὸ ἐξοθαυχεύετο, τὴν τὸ ἱερῶσύνην τὸ ἐπιχωρεῖς θεῶ περιεργότερον ἐξέλεχθητο, ita in latinum sermonem transtulit: *Antoninus, e Syria profectus, Nicomedia hyemauit. Statim autem debacchari supra modum cepit cultumque patrii numinis celebrare superuacuis saltationibus.* Adde **HERODOTVM** *n)*, apud quem **Plammetchus** milites, ne castra sua relinquunt, et ad Aethiopas perfugiant, hortatur; patrios vero deos relinquere licitum esse, negat, θεῶς πατρώος ἀπολιπεῖν ἐν ἐα, quoniam eos in ἐγγυελοῖς habebat, eorumque vim ac potentiam ad Aethiopum castra sese neutiquam diffundere; sed regionis finibus terminari, arbitrabatur. Quo etiam referri debent hæc **OVIDII** *o)* verba:

*deseruit patrios, hospite capta, deos  
quoniam virgo, peregrinum sequuta virum, ad peregrina sacra  
transferat; patria vero dereliquerat.*

## §. X.

HAEC omnia vbi rite expenduntur, facile patet, deos hos patrios a communibus diis probe distinguendos et ad singulare atque ab his diuersum deorum genus reuocandos esse, quod neminem negaturum fore, arbitror, modo si hæc de diis communibus **SERVII** *p)* verba legerit: *vt altioris scientiæ hominibus placet, dii communes sunt, ἀζωοι vocantur, id est: qui cæli certas non habent partes; sed generaliter a cunctis coluntur: vbique enim eos esse, manifestum est, vt mater deum, cuius potestas in omnibus zonis est. Alii communes deos volunt solem, lunam, Plu-*  
tonem

*m)* libr. V. cap. 5. §. 6.

*n)* libr. II. cap. 30. p. 99. ed. **GRO-**  
**NOVII.**

*o)* *heroid. ep. V. v. 126.*

*p)* *comm. ad Virgilium libr. XII. Aeneid. v. 118. Adde CLAVD. SALMASIVM not. ad Flau. Vopisc. Tacit. imp. tom. II. script. hist. aug. p. 617.*



tionem et Martem. Hi enim apud omnes homines inveniuntur et sunt in omnibus terris. Facili porro negotio confici potest, patrios hos deos; tamquam cuiusvis gentis proprios et peculiaris, oppositos fuisse diis *ξένοις, ξενικαῖς, ἀγνώστοις*, peregrinis, ignotis q), quorum sacra usu temporis tam apud Græcos; quam apud Romanos recepta ac publice confirmata sunt, uti id de illis PHILOSTRATUS r), LUCIANVS s), PAUSANIAS t), HERONYMVS u), CHRYSOSTOMVS x), et ipse diuinus rerum, a Christi legatis gestarum, scriptor LUCAS y); de his vero tam religiosi, quibus Cererem, Aesculapium et matrem deum magnam prosequuti sunt, cultus z); quam ipsa ex obliuionis viribus visitata deorum euocationes a) ostendunt. Res ipsa et ipsam patrii nomen declarat, peregrinos hos deos, antiquis et maiorum ætate cultis numinibus additos, nulla ratione ad patriorum classem referri potuisse, ut recte HENR. VALESIVS b) obseruat, nisi quod primis ipsius gentis initiis ex aliis regionibus adlati essent, ac tum re ipsa locum inter primos noui populi deos nanciscerentur. Maioris intelligentiæ causa prouoco ad hæc TERTULLIANI c) verba: *inuenio plane ignotis deis aras prostitutas; sed attica idololatria est. Item incertis diis; sed superstitio romana est* itemque MINVCII FELICIS d): *dum vndi-*

q) conf. IACOB. ELSNERVM *obs. sacr. tom. I. p. 474.* PETR. ZORNIVM *bibliothec. antiquar. exeger. p. 214.*

r) *vit. Apollon. libr. VI. cap. 3. p. 232.*

s) *Philopatrid. cap. IX. et cap. XXII.*

t) *Eliac. libr. V. cap. 14. p. 412.*

u) *comment. ad Tir. cap. I.*

x) *comm. ad act. XVII. 23.*

y) *loco actorum modo memorato. Vid. IO. ANDR. BOSIVM de ara ignori dei, p. 228. inuoduct. in notis. scriptor. ecclesiast. a venerando patre edit. GOTTFR. OLEARIVM de gestis Pauli in urbe Arbeniens. §. XIX. aliosque plures a IO. CHRIS. WOLFIO cur. philol. et critic. in act. apostol. p. 1261. IO. ALB. FABRICIO bibliograph. antiquar. p. 260.*

et MICH. LILIENTHALIO *arobinar. bibl. nou. testamenti p. 403. excitatos.*

z) *vid. BOXHORNIVM quest. Rom. X. BURC. GOTTH. STRVLIUM synt. ant. Rom. p. 183. IO. ANDR. BOSIVM inuod. in not. scriptor. eccles. p. 559. sq.*

CORN. VAN BYNCKERSHOECK *de relig. peregr. diff. II. p. 246.*

a) *conf. P. C. ANSALDVM libr. de diis multarum gentium Romani euocatis, Britæ MDCCXLVIII. edito aliosque, a me obseruationib. ad Cellarii antiquitatum Romanar. compend. p. 156. memoratos.*

b) *not. ad Eusebium, libr. II. de vir. Constans. c. 5.*

c) *libr. I. aduers. Marcion. cap. 9.*

d) *Octau. libr. VI. cap. 4. p. 19.*

que hospites deos querunt, dum aras exstruunt ignotis etiam numinibus et manibus, et HARPOCRATIONIS e): ἐπιθέτας ἐσθλας, ἰσονειδῆς Ἀρεοπαγιτικῶ. ἴαδ μὴ πατριεῖς, ἄλλως δὲ ἐπινηφιθεσίας ἐπιθέτας ἐσθλας. ἐλέγξω δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἐπιθέτα τῶα ὅποσα μὴ πάτρια ὄντα, festa adscititia, apud Isocratem in Arcopagita orat. quæ patria non erant; sed alia de causa decreto adprobata, ἐπιθέτας adpellabant. Nonnulla etiam μὴ πάτρια ὄντα dicebantur ab iis ἐπιθέτα seu adiectitia et peregrina, quod et HESYCHIVS confirmat, cuius hæc verba: ἐπιθέατα ἴα πάτρια ἰσθὰ παρ' Ἀθηναίων recte a VALESIO f) ita emendantur: ἴα μὴ πάτρια cet., vt omnes rationes ostendunt. Idem etiam patet, si, quæ de peregrinis sacris habet FESTVS g), cum patriorum numinum ratione comparare velimus. Facile enim quivis intelligit, ea, quæ, vt FESTI vtar verbis, aut euocatis diis in oppugnandis urbibus Romam sunt conlata; aut quæ ob quasdam religiones sunt petita, neutiqum a primis gentis initiis ad posteros propagata esse. Quis autem non videt, quæ apud HARPOCRATIONEM de festis, etiam de ipsis diis dicenda esse; adscriptitios vero deos a peregrinis, vt genus a specie, si rem studiose consideras, differre? Conflat denique ex iis, quæ de his patriis veterum diis memoravi, satis luculenter, eos non ad priuatorum; sed ad publicorum numinum classem pertinuisse, quod et insignia veterum de patriis his numinibus effata egregie confirmant, nominatim XENOPHONTIS h), DEMOSTHENIS i), DIONYSII Halicarnassensis k), PAVSANIAE l), HERODIANI m), scholiastis ARISTOPHANIS n), NEPOTIS o), VIRGILII p), TACITI q) et CVRTHI r), quibus patria numina non singularibus familiis; sed singularia totis gentibus ac ciuitatibus adscribuntur.

## §. XI.

- e) voc. ἐπιθέτας ἰσθὰς, p. 160.  
 f) not. ad Harpocrat. p. 29.  
 g) de verb. signif. p. 146. et 362.  
 auctor. lat. lingu. GOTHOFREDI. Adde, quæ ex CICERONE et SVIDA adfert VALESIVS loc. memorato.  
 h) libr. II. hist. græc. cap. 13. p. 113.  
 i) orat. pro corona p. 333. operum.  
 k) libr. I. p. 54. 55.  
 l) Corinth. cap. IX. p. 132.  
 m) libr. VIII. cap. 7. §. 4.  
 n) ubi v. 1471. p. 112. et aubus v. 1526. p. 431.  
 o) vit. Themistocl. cap. VII.  
 p) libr. II. v. 703.  
 q) libr. I. anal. cap. 59. p. 117.  
 r) libr. IV. cap. 14. p. 284. ed. SNAË  
 KENYBÛRGII.

## §. XI.

EX iis, quæ disputauimus, luculenter adparet, patrios deos vniuscuiusque gentis proprios ac singulares existisse, quos etsi non omnes nouimus, neque singulis antiquis profano numinum cultui addictis populis tales adtributos in præscis ingeniorum monumentis cernimus; vix tamen credibile videtur, ex tot diuersis antiquo æuo nationibus superfuisse, quæ patria numina non tribuerent sibi; neque in eorum tutela ipsam, quam inhabitabant, regionem esse, existimarent. Nolo in præsens topicos diuersarum gentium deos percensere, quorum enarratio longe ultra huius descriptionis modum adsurgeret: sufficiat, eorum mentionem facere, qui maxime apud Græcos et Romanos disertis verbis in vetustis æui huius monumentis πατρώοι πατρίοι nuncupati sunt. Compertum id habemus de Syris, in quorum patriis numinibus fuerunt Aglibelus et Malachbelus, vt ex notissima illa, quæ tot virorum ingenia exercuit, apud GRVTERV M s), SPONIVM t), SELDENVM u), FLEETWOODVM x) aliosque inscriptione, Emesæ apud Palmyrenos exarata et Romam in hortos Farnesianos translata, patet: ΑΓΛΙΒΕΛΩ ΚΑΙ ΜΑΛΑΧΒΕΛΩ ΠΑΤΡΩΟΙΣ ΘΕΟΙΣ, quam de Syrorum patriis diis loqui, ex eo recte SPONIVS colligit, quod ab Adriano quodam, viro Palmyreno, dii hi πατρώοι vocati sunt, ne de alia apud MVRATORIVM y) inscriptione dicam, qua Ioui, tamquam patrio, plane alias ignota, ex oriente ceteroquin petenda, tribuuntur cognomina z). Deorum patriorum, quos Persæ habuerunt, meminit CVRTIVS a), quum Darii preces ad patria eius numina memorat, ne de iis dicam, quæ BARN. BRISSONIVS b) de hoc argumento commentatus est. Ab his sine omni dubio diuersi fuerunt Scytharum dii patrii, de

s) p. LXXXVI. *inscr.* 8. p. MXVI. deorum Syrorum generatim mentio facta est, per quos itidem patrii huius gentis intelligendi sunt.

t) *miscellan. erudit. antiquit.* p. 1. sq.

u) de diis Syris, *Synagm.* II. p. 226.

x) *inscript. Syllog.* p. 28. num. 5.

y) apud BERNARDVM tom. I. *thes. inscr.* Muratoriani p. 65.

z) vid. CVPERVM *diff. sur diuers. matieres de relig.* tom. II. p. 47.

a) *libr. IV. cap. 10.* p. 249.

b) *libr. II. ab iuit.*

de quibus apud LVCIANVM c) Scytha πρὸς Ἀκινάδης. αἰτ', καὶ Ζαμύλξιδος, τῶν πατριῶν ἡμῶν θεῶν, per Acinavem et Zamolxin, deos, qui nobis patrum sunt. In primis Græci πατριῶς coluerunt deos, quorum OVIDIVS d) his verbis meminit:

*Argolici rediere duces: altaria fumant,  
Ponitur ad patrios barbara præda deos,  
ad quos inprimis spectare videtur βῆμος τῶν δώδεκα θεῶν, ara  
duodecim deorum, de qua CORNEL. ADAMI e) videndus est.*

## §. XII.

SPECIATIM vero Græcorum patrium numen Iupiter existit, id quod ex DIONE Chrysostomo f) luculentissime patet, quando de Ioue ait: ἐν καὶ πατριῶν δια καλεῖται οἱ τῆς Ἑλλάδος κατοικοῦντες, quem nos omnes, in Græcia habitantes, patrium Iouem adpellamus. Sic etiam Orestes patrium Græcorum Iouem ad opem ferendam apud EVRIPIDEM g) inuocat, ac simul innuit, eum Mycenis quoque, vt patrium numen, cultum esse:

*ὦ Ζεῦ πατρίε, καὶ τροπαί ἐχθρῶν ἐμῶν  
δίκτερος ὃ ἡμᾶς. δίκτερά γὰρ πεπόνθαμεν,  
o Iupiter patrie, et meorum vindex hostium,  
miserere nostri, indigna enim passi sumus.*

Consecratae erant Ioui isti Græcorum patrio, præter alias ciuitates, Athenis in primis aræ eiusque cultus ibi frequentissimus existit, vt ex ARISTOPHANIS scholiaste h) satis constat. Mentionem eius itidem faciunt duæ apud GRVTERVVM i) inscriptiones, quas filens iam prætereo ac tantummodo falso sibi LIL. GREGOR. GYRALDVVM persuasisse, moneo, quod adpellationes patris et πατριῶς, Ioui tributæ, pro vocibus eiusdem significationis putari debeant k). Taceo de Marte, quem etiam Græcorum existitisse patrium, nonnulli ex STATIO l) non sine

veri

c) Scyth. tom. I. operum, p. 594. ed. GRAEVI.

d) heroid. epist. I. v. 25. 26.

e) obseruat. theol. philol. p. 235.

f) de dei cognit. orat. p. 205.

g) Electr. v. 671. p. 807. Iouem hunc etiam apud Macedonas tanquam

patrium cultum esse, IUSTINVS libr. XXIV. cap. 2. p. 433. refert.

h) nubib. v. 1470.

i) p. XXI. inscr. 12.

k) vid. EZECH. SPANHEMIVM not.

ad Callimachum, p. 43.

l) libr. IV. Theb. v. 111.

veri similitudine probari posse, credunt, quod apud ipsum Tydeus eius simulacrum casidi impositum gesserit; poeta vero patrius stat caside Maurors propter id dixerit: taceo porro de aliis eiusmodi numinibus, quibus ab vniuersis Græcis patriorum nomen adscriptum fuisse, summa cum probabilitatis specie adfirmari potest, atque obseruo, vti singulas regiones ac prouincias; sic singulas in illis ciuitates propria numina ideoque et Athenas aliasque Græciæ ciuitates eiusmodi deos, tamquam salutis suæ custodes ac vindices, atque a communibus totius nationis patriis diis diuersos, sibi tribuisse.

## §. XIII.

ATHENIENSIVM inprimis patrium existit numen Apollo, id quod testantur hæc verba DEMOSTHENIS *m*): *aduoco autem in conspectu vestro Athenienses deos deasque omnes, qui terram Atticam tenent, atque Ἰὸν Ἀπόλλων, Ἰὸν Πύθειον, ὅς πατὴρ ἔστι τῆς πόλεως, Apollinem Pythium, qui est huic vrbi patrius: itemque HARPOCRATIONIS n*): *Ἰὸν δὲ Ἀπόλλων, κοινὸς πατέρων Ἰωνῶν Ἀθηναῖοι, ἀπὸ Ἴωνος, Apollinem vero communiter patrium colunt Athenienses, ab Ione, quippe a quo Iones Athenienses, teste EYSEBIO o*), vocati; causam vero ipsam, quare Apollo propter Ionem Atheniensium patrius fuerit deus, ARISTOPHANIS *scholiastes p*) his verbis luculenter significat: *πατέρων δὲ Ἰωνῶν Ἀπόλλωνα Ἀθηναῖοι ἐπεὶ Ἴων, ὁ πολεμάρχος Ἀθηναίων, ἐξ Ἀπόλλωνος καὶ Κρεύσης ἦς ἐξ Ἰὸν ἐγένετο, Apollinem autem patrium Athenienses colunt, quod dux eorum Ion ex Apolline et Creusa, vt MAVSSACVS q*) vult: *Xuthi filia, originem trabebat, id quod etiam alio loco r*) confirmat; quem tamen difficulter IO. MEYRSIVS *s*) cum APOLLODORO *t*) comparari posse credit, qui Creusam non Apollinis; sed Xuthi uxorem fuisse, narrat. Sed quilibet vtrumque optime constare posse, facili negotio concedet, vbi expendere velit, non aliena esse a poetarum more eiusmodi de venereo deorum

E

com-

*m*) orat. pro coron. p. 333. operum.

*n*) voc. Ἀπόλλων πατέρων, p. 54.

*o*) ebyron. num. XII.

*p*) auil. v. 1526. p. 431.

*q*) not. ad Harpocrat. p. 54.

*r*) nullib. v. 1470. p. 1112.

*s*) lect. Attic. libr. V. cap. 6. p. 256.

*t*) libr. III. cap. 14. §. 1.

complexu adulteriisque commenta, ad quæ et ea referri debent, quæ de Apollinis infidiis, Xuthi cubili factis, deque Ione, Creusa et adultero Apolline parentibus nato, commemorantur. Quæ uti omnium optime ex EURIPIDIS *u*) Ione possunt cognosci, ita facile patet, si scholiastis, modo memorati, effatum cum illis, quæ de Creusa, vxore Xuthi, APOLLODORVS habet, comparantur, verba illius supra recitata: *Ἰὼν ἐξ Ἀπόλλωνος καὶ κρεῦσης τῆς Εὐθύς ἐγένετο*, neutiquam cum MAVSACO ita interpretanda esse: *Ion ex Apolline et Creusa, Xuthi filia, originem traherat*; sed potius: *Xuthi vxore*, ita ut vocabulum *γυνή*; minus vero *θυγάτης* suppleri debeat, id quod familia exempla apud ARISTOPHANEM *x*), LIBANIUM *y*), diuinisque scriptores MATTHAEVM *z*) et IOANNEM *a*) abunde confirmant. Apollinis huius, patrii Atheniensium dei, meminerunt etiam PAVSANIAS *b*), IVL. POLLVX aliique, quos silens prætereo, et solum addo, numen hoc sine dubio etiam Delphis tamquam patrium cultum fuisse, saltem eo nonnulli referunt hæc VIRGILII *c*) de Oreste verba:

- - - - - Orestes

*excipit incautum patriasque obruncat ad aras,*  
atque in templo Apollinis aram, ita inscriptam: ΠΑΤΡΙΟΥ  
ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ, memorant.

#### §. XIII.

AD Apollinem adiungo Iouem, quem itidem Atheniensis tamquam patrium; sed minime sub *πατρώος*; sed sub *ἐγκύειος* nomine, ut suum patrium a communi omnium Græcorum patrio Ioue distinguerent, coluerunt. Eandem ob causam, non cum Apolline *πατρώω* Ζεύς *πατρώος*, si de Atheniensium diis patriis sermo est; sed Ζεύς *ἐγκύειος* coniungitur, uti ex HARPORCRATIONE *d*) et IVL. POLLVCE *e*) luculenter comprobari potest.

*u*) in Ione, tom. II. oper. p. 216.

*x*) *Lysistr.* v. 63. p. 530. edit. KY-

STERI.

*y*) *epist. centur.* a IO. CHRIST. WOL-

FFO edit. p. 35.

*z*) cap. I, v. 6.

*a*) cap. XIX, v. 25.

*b*) *Atticis*, cap. 3. p. 9.

*c*) *libr. III. Aeneid.* v. 331.

*d*) *lexic. voc. ἐγκύειος* Ζεύς, p. 171.

*e*) *libr. VIII. cap. 9.*

potest. Hæc eam potissimum ob causam obseruari velim, quoniam aliquot veterum de hoc Ioue Atheniensium patrio effata, quæ sibi contradicere videntur, optime ad concordiam adduci possunt. Apud PLATONEM *f*) enim disertis verbis Socrates, vt simillimo fallaciæ munere Dionysodorum sôphistam remuneraretur, Atheniensès nullum patrium habere Iouem, contendit: *ἔτα τοῖς ἄλλοις, ἔφη, Ἀθηναίους ἐκ ἔστι Ζεὺς ὁ πατρῴος; οὐκ ἔστιν, ἦν δ' ἐγώ, αὐτῆ ἡ ἑπωνυμία Ἴωνων ἔδει, ἐδ' ὅσοι ἐκ τῆς δε τῆς πόλεως ἀπωκισμένοι εἰσὶν ἐδ' ἡμῖν, ἀλλὰ Ἀπόλλων πατρῴος, διὰ τὴν τῆς Ἴωνο γένεσιν. Ζεὺς δ' ἡμῖν πατρῴος μὲν ἔ καλεῖται, ἐρκείος δὲ καὶ Φράτριος καὶ Ἀθηνᾶ Φρατρίας, deinde aliis Atheniensibus, nonne est patrius Iupiter? Non hæc est, inquam, adpellatio Ionum cuiquam, neque eorum omnium, quicumque ex hac ciuitate originem duxerunt; neque nobis quidem; sed Apollo patrius propter Ionis natalia. Iupiter vero nobis minime vocatur patrius; sed ἐρκείος et Φράτριος, id est: urbis septorum triumque præses, et Minerva Φρατρία; quod si autem scholiastem ARISTOPHANIS *g*) legimus, expressis verbis eum Atheniensibus Iouem adsignare patrium, deprehendimus. En eius verba: *πατρῴος Ζεὺς καὶ Ἀπόλλων ἐν Ἀθήναις ἡμῶνται, patrius Iupiter et Apollo Athenis coluntur.* Hæc a PLATONIS quidem verbis discrepare videntur; optime tamen cum illis componi ac conciliari possunt, si Iouem *patrium*, quoad cultum eius pariter ac tutelam huiusque fines respicimus, diuersum a Ioue *ερκείος* existitisse, dicamus, Ille enim, teste DIONE *Chryssostomo* *h*), totius Græciæ patrium erat numen; hunc vero Athenarum tantummodo præsidem fuisse, summa probabilitate potest contendere. Vterque suas aras habebat Athenis, tam ille, in cuius præsidio vniuersi Græci erant; quam qui Athenas solum tueri eiusque salutem consulere credebatur: illum *πατρῴος*; hunc vero, ad nominum confusionem euitandam, *ερκείος* et *Φρατρίος* nomine cultum fuisse, accepimus, perinde ac Romæ plures culti Ioues, Vulcani, Mercurii, Dianæ, Veneres aliaque numina, diuersis plerumque cognominibus inter se distincta, et de quibus præ ceteris*

E 2

ris

*f*) Eurhyd. tom. I. operum, p. 302.

*h*) orat. de dei cognition. p. 205.

*g*) nubib. v. 1470. p. 112.

ris CICERO tertio de natura deorum libro *i*) disputauit. Ofsendunt id et aliarum ciuitatum exempla. Prouoco ad Cretenfes, quorum dīi πατέροι apud APOLLODORVM *k*) occurrunt, et quorum Iupiter patrius, teste eodem ſcriptore, *Atabyrius* vocatus eſt: ad Sycionios porro, qui patrium ſuum Iouem ſine dubio *Milichium* *l*) vocarunt, vt eum per id a communi totius Græciæ tutelari numine, Ioue, per eminentiam *patrii* nomen gerente, diſtinguerent. Ac de hoc, cui vniuerſæ Græciæ tutela commiſſa fuit, Ioue loquitur ARISTOPHANIS *ſcholiaſtes* *m*), quando de Athenienſi eius cultu diſſerit; apud Platonem contra de tutelari et patrio Athenarum numine ſermo eſt, idque πατρώς nomen gerere, recte negatur; ſed ἐγκύριον dici perhibetur, quamuis nulla fere inter ipſas voces, ſi curatius res expenditur, eſſet differentia. Vti enim πατρώς adpellatio ad cultum; a maioribus ad poſteros delatum; ſic ἐγκύρις et Φεατρώς nomen ad tutelam, quæ a patrio cultu ſeparari non poterat, debet referri. Hæc inquam tutela patrii eiſmodi numinis ac cuſtodia certis finibus terminata, et *ſepto* quaſi concluda, vltra ciuium tribus protendi haud ſolebat.

## §. XV.

QUAE quum ita ſint, quis non videat, arbitror neminem, ab ἐγκύρις et Φεατρώς nomine, Ioui Athenienſium numini tutelari adſignato, ἢ πατρώς adpellationem eo minus diſtare, quo certius eſt, deorum πατρώων defendendi ac tuendi facultatem vr- bis quaſi, cui præſidebant, ἐγκύρις; ſiue ſepto circumſcriptam; Iouem vero ipſum, eodem ARISTOPHANIS *ſcholiaſte* teſte *n*), Athenis primum κατά Φεήτας, per ſingulas tribus, cultum fuiſſe. His non contradicunt, quæ de Ioue patrio, in domo Priami culto, apud PAVSANIAM *o*) legimus: Ἰἔτον Ἰὸν Δία Πριάμου Φασὶν εἶναι πατρώον ἐν ὑπαιθρῷ ἧς ἀλλῆς ἰδεσµένον, quem EVRIPIDES *p*) non

*i*) p. 342. adde VALESIVM *not.* ad *Harpocrat.* p. 95.

*k*) *libr.* III. *cap.* 2. p. 152.

*l*) vid. PAVSANIAM *Corinth.* *cap.* IX. p. 132.

*m*) *nubib.* v. 1470. p. 112.

*n*) *loc. memorato.*

*o*) *Corinth.* *cap.* XXV. p. 165.

*p*) *Troad.* v. 483. p. 149.



non solum *Herceum* adpellat; sed etiam VIRGILIUS *g*) id haud obscure indicat:

*Aedibus in mediis, nudoque sub aetheris axe  
ingens ara fuit;*

OVIDIUS vero *r*) luculentius:

*nec tibi subsidio praesens sit numen, ut illi,  
cui nihil Hercei profuit ara Iouis,*

ita ut haud immerito KYHNIVS *s*) suspicetur, Iouem patrium ab Herceō non diuersum fuisse. Libens hoc concedo, si de Troianorum forsitan sacris hoc adfirmari velit vir doctissimus; ne utiquam vero id de Atheniensibus similiter statui posse, certa sententia mihi persuadeo. Nomen enim *Herceus* duplici modo Ioui tributum esse, haud ex vano credere, mihi videor; vtraque vero adpellandi ratio cum propria ipsa vocis huius significatione optime conuenit. Colebatur Iupiter patrius, Troianorum numen publicum, in Priami aedibus, ac per id *Herceus* adpellabatur, quod regiam familiam suis praesidiis ac custodiis ita muniebat, ut eius singularis ac praecipua cura, quam *specialem* vocare solemus, vltra aedium septa haud protenderetur; sed earum septis quasi terminata esset. Athenienses contra eum, qui vrbi ipsorum praesidebat, Iouem itidem; sed paullo latiore significatione, *Herceum* nominarunt; per id vero significarunt, eius praesidium ac tutelam vrbis eiusque agrorum finibus atque *ἔργων* quasi circumscriptam esse. Fefellit itaque sese IO. MEVRSIVS *t*), quum Iouem *πατρώων* Atheniensibus tantum adsignat, quem vniuersis Graecis tribuere; *ἑρκείων* autem ad illos solos remittere debuisset. Is enim, qui per eminentiam *πατρώος* dictus est, quum communis omnium Graecorum patrius deus existit, in aliis quoque Graeciae ciuitatibus ac regionibus cultus est, uti apud Macedones, de quibus testimonium praebet IVSTINVS *u*): apud Mycenenses porro auctore EVRIPIDE *x*). Atque ab hoc Ioue, Graecorum communi patrio deo, diuersi

E 3

quasi

*g*) *libr. II. Aeneid. v. 512.*

*r*) *Ib. v. 283.*

*s*) *not. ad memorat. Pausan. loc.*

*t*) *lect. Attic. libr. V. cap. 6. p. 256.*

*u*) *libr. XXIV. cap. 2. p. 433.*

*x*) *Electr. v. 671. p. 420.*

quasi minores illi erant, qui singularum ciuitatum praesides ac πατέροι dii habebantur, diuersis cognominibus inter se distincti, vti supra memoratus Iupiter ille *Hercæus* apud Athenienses: *Atabyrius* apud Cretenses: *Milichius* apud Sicyonios, quos omnes Ioues horum populorum patrios existisse, supra de Ioue Hercæo adlata testimonia γ) ac, quod ad *Milichium* et *Atabyrium* Iouem attinet, PAVSANIAS ζ) et APOLLQDORVS a) testantur.

## §. XVI.

DE Mercurio, num is ad Atheniensium deos pertinuerit patrios? nihil certe definiri posse credo, saltem parum conficitur ex LYSIAE b) testimonio, ad quod VALESIVS c) prouocat, supra a me, data occasione, memorato. Ibi enim tantummodo de Andocidis patria Mercurii statua sermo est, quam ita adpellare LYSIAS potuit, quod illa Andocidi a patre eius fuerat relicta. Certius id esse de Minerva videtur, de qua SERVIVS d), patrii dii sunt, ait, qui praesunt singulis ciuitatibus, vt *Minerva Athenis*. Addit optimus Virgilii interpres, Iunonem deam Carthaginiensium patriam existisse, quam et Mycenis hoc nomine cultam fuisse, IOS. BARNESIVS e) haud immerito credit. Eius enim auxilium Orestes apud EVRIPIDEM f) ita implorat:

Ἢρα τε, θεῶν ἢ Μυκηνάων κρατῆς  
 νῆαν δὸς ἡμῖν - - -  
 et tu Iuno, quae Mycenæis aris praesides,  
 victoriam da nobis,

eamque cum Ioue πατέρω, communi patrio numine totius Græcia, coniungit. At vero quam multi eiusmodi ciuitatum πατέροι dii possent hoc loco commemorari? Quid? si de Sicyonio-

γ) vid. HARPOCRATIONEM, lex. voc. ἱερῶος Ζεὺς, p. 171. IVL. POLLVCII ONOMAST. libr. VIII. cap. 9. p.

ζ) Corinth. cap. IX. p. 132.

a) libr. III. cap. 2. p. 152.

b) orat. contra Andocid. cap. IV. p. 62.

c) not. ad Harpocrar. p. 95.

d) apud GOTHOFREDVM ANCTOR. lar. linguae, p. 1369.

e) not. ad Euripid. p. 420. edit. Canabrig.

f) Electr. v. 671.

niorum Diana apud PAVSANIAM *g*): de Cretenſium *πατρώων* numinibus, quorum APOLLODORVS *h*) fecit mentionem: de Thebanorum patriis diis, de quibus est apud STATIVM *i*): de Gazenſium patrio deo Enclyſeo *k*): de Tyriorum Hercule apud PLVTARCHVM *l*): de Germanorum aliarumque gentium ſingularibus patriis numinibus, quorum multa diſerte *patria* dicuntur, quid, inquam, ſi de his numinibus diſputare vellem? tempus me citius; quam oratio deficeret. Sed in Latium properandum exiſtimo, vt, quinam patrii dii ibi fuerint, videamus.

## §. XVII.

AC illud quidem de patriis Romanorum diis inprimis ſciendum, penates, quos ab Aenea in Latium deductos ſcimus, principem in patriis eius gentis diis locum obtinere, eosque eam ob cauſſam *patrios* et *πατρώων* in antiquis ingeniorum monumentis, in illis nominatim, quæ DIONYSII *Halicarnaeſſis m*), VIRGILII *n*), OVIDII *o*), quæ STATII *p*) porro aliorumque ſunt, nuncupari *q*). Hæc quum ita ſint, merito quaeritur: vtrum et in Romanorum numinum cœtu præter penates exſtiterint, quibus honorificum *patriorum* nomen adſignatum fuerit *r*)? Sunt, qui id negant *s*) ac potiffimum ad ea effata prouocant, quibus *patriorum* adpellatio penatibus ſolum tributa fuit *t*). Ab his

*g*) *Corinthiac. cap. IX. p. 132.*

*h*) *libr. III. cap. 2. p. 152.*

*i*) *Theb. libr. XII. v. 699.*

*k*) *vid. LVD. ANT. MVRATORIUM, iſeb. inſcript. p. 1048.*

*l*) *rom. II. oper. p. 278.*

*m*) *libr. I. p. 54.*

*n*) *apud MACROBIUM, libr. III. cap. 4.*

*o*) *libr. III. ep. 67. libr. I. metamorph. v. 773. libr. VIII. v. 91. libr. IX. v. 245. libr. VI. faſtor. v. 603.*

*p*) *libr. IV. ſilu. carm. 8. v. 45. coll. v. 54. p. 218. edit. VEENHUSENII, adde notas ad hunc locum et ibi excitatum Marriani Capellæ locum.*

*r*) in eorum ſcriptorum numero, qui de penatibus diſputarunt, digni, quos adeas, ex antiquioribus ſunt: MACROBIUS *libr. III. ſaturnal. ſermon. cap. 4.* DIONYSIUS *Halicarnaeſſis, libr. I. p. 54. ſq.* ARNOBIUS, *libr. III. p. 123.* ex recentioribus: LIL. GREG. GYRALDVS *de diis, ſynt. XV. p. 422.* RAPH. FABRETTVS, *colum. Traian. p. 74. 75. ſq.* IOSEPH. ROC. VVLPIVS, *vet. Lat. profan. et ſacr. tom. I. p. 90. ſq. rom. VI. p. 58. ſq.* DEMONTFAÛCON, *antiquit. expliq. libr. II. cap. 14. aliique.*

*s*) *vid. interpret. POLVVCIS, p. 15.*

*t*) *conf. MACROBIUM, libr. III. cap. 4. DIONYSIVM Halic. p. 54. alioſque.*

his longissime abit ADR. IVNIVS *u*), qui patrios a penatibus probe disiungendos hosque in illorum numerum transferendos esse, negat; sed vtramque sententiam erroneam esse, res ipsa satis superque declarat *x*). Quid? si penates, ut supra vidimus, disertis verbis *patrios* adpellatos: si eos in Romanorum gente ab vltima antiquitate cultos eorumque sacra ab Aenea per hereditatem quasi ad Romanos propagata cernimus? Nonne ex eo luce clarius intelligimus, eos omnino patriis adscribendos esse diis? Neque tamen non et eos errare arbitror, qui, praeter penates, alios Romanis deos fuisse patrios, negant. Quomodo enim quaelo ex eo, quod penates *patriorum* per eminentiam gerant nomen, confici potest, praeter illos nullos exstitisse alios, quibus honorificum id nomen tributum fuerit? An num potius ex ipsa hac adpellatione, penatibus data, colligitur, vocabulum *patrius* a vocabulo *penates*, ut genus a specie, diuersum fuisse? Repugnat praeterea disertis verbis CICERO *y*), qui non solum penates; sed etiam alios deos, quos *patrios* vocat, implorat. Addo VIRGILIVM *z*), qui *magnos deos* a penatibus aperte distinguit; per illos vero nullos alios; quam quorum cultus vna cum penatum sacris ab Aenea in Italiam delatus est quique per id eodem iure, quo penates, *patrii* adpellati sunt, intelligere potuit. Confirmat id quoque DIONYSIVS *Halicarnassensis* *a*) ac aperte testatur, et aliorum numinum sacra ab Aenea constituta ac probata esse. Eo spectat ara Veneris, ab Aenea, teste DIONYSIO *Halicarnassensi*, constituta, numinis, cuius cultus etiam apud Latinos omnes, ut ex OVIDIO *b*) colligi potest, maxime floruit. Et quis Vestam ad patrio-

*u*) *nomenclar.* p. 324.

*x*) IVNIVM refutavit GEVARTIVS *not. ad Stat.* p. 219. edit. VEENHUSENII. Nec IVNIUS sententia fauet, quae de Atheniensium patriis diis habet NEPOS, *vir. Themistocl.* cap. VII. p. 53. vbi diserte penates a patriis distinguuntur. Numina enim eorum ita collocat, ut deos publicos, deinde patrios; tum vero penates memoret, quoniam patrii inter pu-

blicos deos; penates vero inter patrios, uti apud Romanos, principem sibi vindicabant locum.

*y*) *orat. pro Sulla*, cap. XXXI.

*z*) *libr. III. Aeneid.* v. 12.

*a*) *libr. I. p. 42.*

*b*) *libr. I. fastor.* v. 40. adde IO S. ROCC. VULPIVM *ver. Lat. profan. et sacr. tom. VI.* p. 63.

patriorum numinum censum pertinuisse, negabit, cuius sacra itidem ab Aenea et Lauiniensibus ad Romanos transmissa *c)*, a VIRGILIO *d)* patriis diserte adnumerata; a MACROBIO *e)* vero ipsam deam penatibus, tamquam comitem, additam esse, scimus, quo et multi patriam illam virginem apud CATVL-  
LVM *f)* referunt, eamque de Vesta interpretantur.

## §. XVIII.

NOLO fusius commemorare, quæ de deorum templis, ab Aenea ædificatis, deque facta cum Latii incolis sacrorum communionem DIONYSIVS *Halicarnassensis g)* memoriz prodidit. Id modo obseruasse, sufficiat, quorum cultus tum ab Aenea confirmatus fuit, deorum sacra, quum a primis Romanæ gentis statioribus ad posterôs delata fuerunt, non posse non pro patriis iure meritoque haberi. Eo refero præ ceteris Faunum, Laurentium deum, cuius præter alios VIRGILIUS meminuit: Picumnum, Picum, Tiberinum *h)*, quos vna cum aliis MINVCIUS FELIX *i)* Romanorum vernaculos; siue patrios adpellat, ne de Iano, Sabino patre, Italo, Saturno aliisque olim regibus, postea Laurentium numinibus, dicam. Taceo de liberalibus, turpissimis sacris, quæ a matronis Laurentinis peractæ et ab his ad Romanos translata esse, nonnulli adfirmant hancque in rem ad AVGVSTINVM *k)* prouocant. Id certissimum est, ipsum Liberum patrem a Romanis vna cum Hercule, quod eius sacra, DIODORO SICVLO *l)* et LIVIO *m)* testibus, antiquissima et ab Euandro primum instituta erant, ad patriorum deorum numerum fuisse relatum. Probat id egregius Getæ nummus, quem HARDVINVS *n)*, LAVR. BE-  
F  
GERVS

*c)* loc. memorato.

*d)* libr. I. georg. v. 498.

*e)* libr. III. saturn. cap. 4.

*f)* proem. vers. 9. conf. ISAAC. VOS-  
SIVM not. ad hunc loc. p. 3. sq.

*g)* libr. I. p. 49. et 51.

*h)* vid. cel. GORIVM *mus. Etrusc.*  
*class.* I. p. 71.

*i)* Oclau. cap. XXV. Adde AVGVSTI-

NVM de ciuit. dei. libr. IV. cap. 23. libr.  
VI. cap. 10. vide de his diis fuse disse-  
rentem IOS. ROCC. VVLPIVM *ver.*  
*Lar. profan. et sacr. rom.* VI. p. 73. sq.

*k)* libr. VI. de ciuit. dei, cap. 21.

*l)* *biblioth.* p. 32.

*m)* libr. I. cap. 7.

*n)* *oper. select.* p. 803.

GERVS o) et BERNARDVS DE MONTEAVCON p) exhibent, et in quo Liberi patris ac Herculis cernuntur effigies, additis his verbis: DII PATRII, ne de inscriptione apud MYRATORIVM q), si modo illa germana est, dicam, in qua Herculis et Apollinis, tamquam deorum patriorum, facta est mentio. Iunonis calendaris sacra sine dubio itidem ad patria relata sunt, vt ex MACROBIO r) colligi posse videtur, itemque Apollinis, in cuius tutela Laurentum fuit, teste VIRGILIO s), et Martis, cuius OVIDIVS t) his iverbis meminit:

*Mars Latio venerandus exit, quia praesidet armis,  
arma feræ genti remque decusque dabant.*

Horum multorumque aliorum numinum cultum, vbi rite considerare velis atque expendere, cum a patribus Romanæ gentis ad posteros propagatum esse, non video, qua ratione iis honorifica patriorum adpellatio abiudicari possit.

## §. XVIII.

HAEC ac me eum potissimum ad finem disputata sunt, vt, iis positis, multa, quæ inde fluunt, et ad patriorum horum numinum rationes, adcurate cognoscendas, pertinent, velut ex fonte deduci ac derivari queant. Constat enim ex his, patria numina vniuscuiusque gentis, populi; aut ciuitatis propria quidem exstitisse; factum tamen esse, vt eorum sacra et cum aliis gentibus, vel retentis; vel immutatis quandoque ipsorum deorum nominibus, communicarentur, id quod præter alios PHIL. A TURRE u) recte obseruat. Confici item ex variis iam adductis testimoniis potest, quod patria hæc numina certis regionibus addicta et assignata quasi fuerint; quod vero nihilominus vetus quoque exstiterit opinio, patrios deos cum ipsa gente sedes mutare, immo cum aliis populis ad nouam regionem, relicta pristina, transire posse, vt ex Troianorum pena-

o) *continuat. thesaur. Brandenburg.*  
P. 705.

p) *antiquir. explic. libr. II. cap. 14.*

q) *rom. I. class. I. p. 62.*

r) *libr. I. saturnal. serm. cap. 15.*

s) *libr. VII. Aeneid. v. 59.*

t) *libr. III. fastor. v. 85.*

u) *monument. vet. Austr. p. 256.*

penatum exemplo et iis, quæ de variarum gentium antiquis migrationibus deque deorum tutelarium euocationibus accepimus, luculenter probari potest. Quis porro non ex iis, quæ commemorata a me sunt, luculenter intelligit, deos publicos patrios vniuersarum regionum ac prouinciarum ab iis, qui singularum ciuitatum curam habuerunt, probe esse distinguendos, hosque vt plurimum ex illis delectos fuisse? Quis non videt, in patriis gentium numinibus, nonnullos per eminentiam quasi *πατέρες* et eos maxime ita adpellatos esse, ad quos, tamquam ad auctores, ab vltima antiquitate accepta beneficia relata sunt; alios vero itidem patrios quidem existisse et antiquitate sese commendasse; honorificum tamen id nomen haud gessisse; sed alias diuinis virtute ipsorum dignas adpellationes, id quod ex iis, quæ de Ioue Atheniensium Heræo, de Sicyoniorum Milichio, de Cretensium Atabyrio *x)* dixi, optime confirmari potest. Addo, quum antiquissimis temporibus eiusmodi patriæ sacrorum cerimoniarum ab vna gente ad aliam deferri solerent, fieri non solum potuisse, vt vnum numen diuersarum ciuitatum patrium esset; sed etiam, vt plures dii patrii vnum gererent nomen; qui re ipsa tamen eatenus inter se diuersi fuerunt, quatenus plures Ioues, Apollines, Mercurios cet. existisse nouimus. Si quoque ipsos percensitos deos intuemur, facile constat, in nomine hoc non præstantiæ et dignitatis numinum; sed eorum antiquitatis in ipsa gente rationem habitam fuisse; ex quo et causa patet, quare ex minorum deorum ac heroum classe multi patrii fuerint *y)*. Accedit, quod itidem ex ipsa, quam feci, deorum patriorum commemoratione intelligi haud obscure possit, vnumquemque fere populum ac ciuitatem nequaquam vno contentam fuisse patrio deo; sed plures in eorum numerum cooptasse, quemadmodum id etiam ex inscriptionibus, vbi plurimam partem in multitudinis numero deorum patriorum

F 2

men-

*x)* vid. HARPOCRATIONEM *lexic.* IX. p. 132 et APOLLODORVM *libr.* p. 171. IVL. POLLUCEM *libr.* VIII. III. cap. 2. p. 152.  
*cap.* 9. PAVSANIAM *Corinthiac.* cap. *y)* *Iconf.* TACITVM *libr.* I. *annal.* c. 79.

mentio fit, apud GRVTERVM *z*), REINESIVM *a*), SPONIVM *b*), SELDENVM *c*), MVRATORIVM *d*): ex nummo apud BEGERVM *e*), HARDVINVM *f*), DE MONTFAVCON *g*), et ex aliis iam supra excitatis veterum testimoniis patet. Quis denique ex iis, quæ de his diis exposui, manifeste haud videt, communem quidem fuisse opinionem, quod patriorum numinum tutela ac defendendi virtus suis finibus sit conclusa; ab ipsa tamen superstitione inconstantiam et in eo quoque seiungi haud potuisse, quod multorum patriorum deorum potestati latiores posuerint terminos eamque et ad alias regiones ciuitatesque; sed ita produci existimauerint *b*), vt erga eam, in qua patrius ipsorum cultus esset, regione magis beneficos; quam erga alias sese præberent *z*).

## §. XX.

DIIS his patriis suæ regionis ac ciuitatis præsidium ac tutelam præcipue committere solebant veteres sibi que persuadere, ab iis omnem vitæ commoditatem ac prosperitatem resque secundas omnes expectandas esse: eos defendere suos mira virtute, mala auertere, hostiumque insidias disturbare atque eludere grauissimas ipsorum minas. Multa veterum testimonia id luculenter confirmant, ex quibus pauca iam in medium adferre, necessarium duco. Itaque, quem HARPOCRATION *k*), quem IVL. POLLVX *l*), PAVSANIAS *m*), DEMOS-

THE-

*z*) LXXXVI. *infr.* 8.

*a*) *claf.* I. *infr.* 24.

*b*) *miscellan. erud. antiquit.* p. 1.

*c*) *de diis Syr. synr.* II. p. 226.

*d*) *inscript.* p. CXXXVII. et MDCCCLXXXV. num. 7. et p. MDCCCLXXXVI.

*e*) *continuar. thes. Brandenburg.* p. 705.

*f*) *oper. select.* p. 803.

*g*) *antiquit. expliq.* libr. II. cap. 14.

*h*) id imprimis, præter Apollinem, Iunonem, Dianam ect. de Ioue obseruandum, qui etsi itidem apud Græcos patriis adnumeratus erat diis; attamen parer

deorum et hominum, Θεῶν ὕπατος, præses orbis aliisque eiusmodi nominibus, quæ potentiam eius ac curam in vniuersum humanum genus designant, adpellatus fuit: vid. PETR. ZORNIVM *liblior. antiquar. exeger.* p. 71. EZECH. SPANHEMIVM *de usu et præstant. numism.* vol. II. p. 450. 453.

*i*) vide insigne testimonium apud LVCIANVM, tom. II. *operum.* p. 478.

*k*) *lex. voc. Ἀπόλλων πατήρ,* p. 54.

*l*) *libr.* VIII. cap. 9.

*m*) *Atricis,* cap. III. p. 9.



THENES *n*) Atheniensium πατῆρων vocant, Apollinem custodem Athenarum dixit CICERO *o*); scholiastes vero ARISTOPHANIS *p*) de eo, ὅτε τῶν Ἀθηνῶν ἐπέση scribit. Eo spectat aliud CICERONIS insigne effatum *q*): vos dii patrii ac penates, qui huic urbi atque huic imperio praesidetis: VIRGILII *r*), qui de iisdem patriis Romanorum diis canit:

*dii patrii indigetes et Romule Vestaque mater,  
quæ Thuscum Tiberim et Romana palatia seruas:  
de Troianorum patriis numinibus s*):

*di patrii, quorum semper sub numine Troia est,  
quo et hoc effatum pertinet: t*)

*dii patrii, seruate domum, seruate nepotem,  
vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troia est.*

ex quo luculenter, vt hæc transeundo quasi moneam, patet, eos errare interpretes, qui de domesticis Aeneæ diis ac laribus sermonem ibi esse, arbitrantur. Adde LVCIANVM *u*), qui, postquam patrios deos vt plurimum eo in loco natos cenferi, obseruauit, vbi pro patriis haberentur, ἐφ' ἧς δὲ, addit, ἐκαστος αὐτῶν ἐγένετο, προτιμᾶ τῶν ἄλλων ἀπασῶν πόλεων, in qua tamen quisque eorum natus est, illam reliquis omnibus vrbibus anteponit. Eandem ob causam, quod videlicet dii patrii habebantur tutelares, Iouem tamquam patrium implorat Orestes apud EURIPIDEM *x*), victoriæ spem in ipso ponit eumque per id πατῆρων et ἱεραίων simul nuncupat; Priamus vero ad aram numinis patrii, teste PAVSANIA *y*), confugit, ibique tutum se esse, sibi persuadet. Quid de Dario dicam, qui patrios deos, vt regnum ipsius stabiliant, precatur *z*): quid de Troianis matribus, opem patriorum numinum vnice implorantibus apud

F 3

OVI-

*n*) orat. pro coron. p. 333. operum.

*o*) de nat. deor. libr. III. num. 57.

*p*) auib. p. 112.

*q*) orat. pro Sulla, cap. XXXI.

*r*) libr. I. georg. v. 498.

*s*) libr. IX. Aeneid. v. 247.

*t*) libr. II. Aeneid. v. 702.

*u*) patr. encom. tom. II. operum, p. 478. ed. GRÆVII.

*x*) Electr. v. 671. adde IOS. BARNE-SIVM not. ad eundem poemam, Heraclid. v. 867. et 937.

*y*) Corinthiac. cap. XXIV. p. 165.

*z*) vid. CVRTIVM libr. IV. cap. 10. p. 249.

OVIDIVM a): quid porro de Argolicis ducibus, qui partam  
 victoriam ad eosdem referunt deos b)? Eo quoque spectat,  
 quod arma sua numinibus his consecrauerint veteres, testi-  
 bus STATIO c) et OVIDIO d); argonautæ vero ad eadem au-  
 ream suam, vt memoratus poeta canit, prædam tulerint e).  
 Patet inde porro, quare Tyrinnus, patrius Thyatirenorum,  
 vt ex SPONIO PETR. ZORNIVS f) obseruat, deus, in antiquis  
 eius vrbis inscriptionibus ΤΟΥ ΠΡΟΠΟΛΕΩΣ nomen sibi vindicet.  
 Manifeste enim ex eo colligi posse puto, patrio huic numini  
 tutelam eius vrbis fuisse commissam, quum satis ex AESCHI-  
 NE g), LYCOPHRONE h) aliisque i) notum est, deorum tute-  
 larium simulacra ante urbem in portis sæpius olim collocata  
 fuisse. Eadem ex ratione, vt apud DIONYSIVM *Holicarnassensem*  
 k) est, penates a nonnullis κτησίαις nuncupatos, hocque  
 nomen ipsis non tam propter locum, vbi steterunt; quam  
 propter fortunas, opes ac diuitias, quas patriis his diis debere  
 se existimabant, datum fuisse autumo, hancque in rem ad DIO-  
 NEM *Chrysothomum* l) prouoco, qui Iouem vocari ait κτήσιον  
 ἅτε δοτήρα πλάτης καὶ κτήσεως. Adde, quod sine omni dubio per  
 id et sociorum gesserint nomen, vt ex OVIDIO aliisque, a BUR-  
 MANNO m) ad hunc poeta locum adductis, testimoniis patet,  
 quod quale fuerit, optime CICERO n) his verbis ostendit: *co-*  
*mes meus fuit et omnium itinerum, nauigationum, laborum, peri-*  
*culorum meorum socius.*

## §. XXI.

- a) *libr. XIII. metamorph. v. 412.*  
 b) *conf. OVIDIVM heroid. I. v. 23.*  
 c) *libr. XII. Theb. v. 699.*  
 d) *libr. II. fastor. v. 728.*  
 e) *heroid. XII. v. 128. adde eiusdem*  
*remed. amor. v. 128.*  
 f) *bibliothec. antiquar. exeget. p. 217.*  
 g) *sepr. contra Theb. v. 170.*  
 h) *Cassandr. v. 356.*  
 i) *vid. interpretes et nominatum ex*  
*illis HEINSIVM ad fact. XIV. 13.*  
*MEYERSIVM not. ad LYCOPHRONEM*  
*loc. excis. et ad eundem POTTERVM:*  
*EZ. SPANHEMIVM not. ad Callim.*  
*lymn. in Pallad. v. 591. IAC. ELSNERVM*  
*obs. sac. ad memor. actor. loc. p.*  
*425. IO. CHRIST. WOLFIUM cur.*  
*pbil. et crit. in act. apostol. p. 1208.*  
*DIONYS. VOSSIVM not. ad Maimoni-*  
*dem de idolol. cap. 7. §. 8. p. 36.*  
 k) *libr. I. p. 54.*  
 l) *orat. I. Adde VALESIVM not. ad*  
*Harpocrat. p. 120.*  
 m) *tom. I. operum Ouidii, p. 67.*  
 n) *libr. XIII. epist. 71. ad fam.*

## S. XXI.

HAEC quum ita sint, facile colligi posse puto, patriorum horum cultum maximum exstitisse ac religiosissimum, quod et insignia veterum scriptorum confirmant testimonia o). Si proinde a deo bona, si salutem publicam precari, si vota nuncupare; aut urbem eius numine defendi atque iniecta amoueri pericula volebant, patriorum inprimis numinum auxilium implorandum esse, existimarunt p). Iusiurandum, per patrios deos iuratum, omnium fere sanctissimum exstitit q), quod nemo facile; nisi perditissimus, violabat. Eo pertinent et sacrificia, numinibus his oblata, ne dicam, quod ipsum *magnorum deorum* nomen, iis datum, satis superque, quanta eorum apud veteres exstiterit existimatio, comprobet. Quid? quod ipsa sacrorum apud veteres communio in patriorum numinum cultu consisteret, ipsique illum religioni eorum non additum putarent, qui patrios non veneraretur deos. Ipsum profanarum religionum discrimen maxime in patriorum numinum diuersitate

o) vid. HERODIANVM *libr. VIII. cap. 3.* Apud AELIANVM *libr. II. cap. 28.* dii patrii iis rebus, quæ gentibus maximo in pretio sunt, accensentur. Inde et *magni dii* vocati, ut est apud MACROBIUM *libr. III. saturn. serm. cap. 4.* et DIONYSIUM *Halicarnassensem, p. 55.* Adde inprimis effatum VIRGILII *libr. III. Aenid. v. 12.* et quæ ad hunc locum interpretes obseruant. Eo et refert IO. BAPT. FERRETIUS *mysis lapidar. p. 79.* inscriptionem, ubi *magnarum deorum* mentio fit, camque de penatibus interpretatur. Non video autem, unde interpretationis huius peti possit fundamentum. Satis enim constat, præter penates reliquosque patrios deos, etiam alia numina patriorum accepisse nomen. Falsum etiam hoc, quod scribat: *sacrificium erat diis magnis, qui iidem ut dii penates et hoc disticho complexi, illo numerum notissimo, quod consentes per-*

consent deos, quodque ex ENNIO APULEIUS *de deo Socratis* nobis seruauit. Unde probabit, deos patrios numero eosdem fuisse, quos *consentes* appellatos videmus? Quasi non et alii apud Romanos; quam consentes in patriorum numinum classe esse potuerint. Et quis unquam penates et consentes deos vnos eosdemque fuisse, adfirmabit?

p) patet id luculenter ex XENOPHONTE *libr. II. hist. Græc. p. 113.* THUCYDIDE *libr. IV. cap. 69. p. 490. lin. 57.* CURTIO *libr. IV. p. 284. p. 347. et 465. et 503.* ed. SNAKENBURGII: ARISTIDE *orat. in Apellam, p. 120.* DIONYSIO *Halicarnassensi, libr. III. p. 154.* LVCIANO, *tom. II. operum p. 133.* ed. GRAEVI: adde CORNEL. ADAMI *obs. philol. p. 236.*

q) conf. IUSTINVM, *libr. XXIV. cap. 2.* et XENOPHONTEM, *tom. II. operum p. 113.* edit. Oxon.

tate positum erat, et sacra pro horum differentia diuersa ex-  
fiterunt, quæ omnia luculenter ex PLATONE r) et HARPOCRA-  
TIONE s) possunt ostendi.

## §. XXII.

QUAE de diis patriis disputauit, si tam singula; quam uni-  
uersa atque inter se coniuncta rite expenduntur, facile constab-  
bit, verum, quem Iudaica coluit gens, deum a Paulo perop-  
portune et maximo quidem iure πατέρων, patrium t), adpella-  
ri potuisse, id quod in præsens, quam breuissime quidem id  
fieri poterit, ostendere, huiusque adpellationis causas rite enu-  
merare constitui. I. Satis ex iis, quæ supra testimoniis LY-  
CIANI u), ARISTOPHANIS x), PAVSANIAE y) variisque exem-  
plis comprobauit, patet, ea numina a prisca plurium deorum  
cultoribus adpellata esse patria, quorum cultus a maioribus et  
totius gentis patribus ad posteros delatus erat. Hæc vero  
quum ita sint, numne eandem ob causam iure meritoque su-  
premum æternumque numen πατέρων Iudæi nuncupare potue-  
runt, quippe cuius cultum a primis suæ gentis statoribus, ab  
Abraamo, Isaac et Iacobo, acceperant? cultum, inquam, qui  
a sanctis his viris ad posteros eorum per omnia secula propa-  
gatus est, ita vt eadem ratione Paullus verum deum πατέρων,  
qua Petrus ipsum Θεὸν Ἀβραάμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, Θεὸν Ἰσὼν  
πατέρων ἡμῶν z) dixerit, et de quo ipse Paullus, ὃ λαίρωσ, in-  
quit, ἀπὸ προγόνων, cui a progenitoribus seruiuo a). Accedit II.  
quod veteres de diis patriis sibi persuaferint, adparuisse eos  
maio-

r) tom. I. operum, p. 302.

s) lex. p. 171. Adde LIL, GREGOR.  
CYRALDVM *Synagm. deor.* II. p. 92.

t) versio vulgata verba nostri essati:  
τῶν πατέρων Θεῶν male vertit: patri et deo  
meo; id quod tamen librorum vitio  
factum esse, haud inepte obseruat ERAS-  
MVS nor. ad hunc locum. Facile enim  
vocem patrio inepte legere ac patri et  
scribere potuerunt. Nullam itaque causam  
præ se habet MILLIUS, quare ad  
variantes lectiones huius versus etiam

hanc retulerit: τῶν πατέρων καὶ τῶν Θεῶν μὲν,  
omnium codicum Græcorum suffragiis  
destituitur.

u) nub. v. 1470. p. 112. auib. v.  
1526. p. 431.

x) *patri. encom.* p. 478.

y) *Achaic, cap. XVIII.* p. 568. conf.  
SPONIUM *miscell. erud. ant.* p. 108.

z) *act. III.* 13. V. 30: XXII. 14. Ita  
deus ipse se vocat *cap. VII.* 32. *Matth.*  
XXII. 32.

a) 2 *Tim.* I. 3.

maioribus ipsorum, vt inprimis ex supra adducto *scholiastis in ARISTOPHANEM* effato atque ex *LVCIANO* colligi potest, ne de iis dicam locis, quibus talia deorum visa narrantur, et quæ eiusmodi sunt, vt propriis suis ac propitiis numinibus ea potissimum tribuerint. Neque vero non ex eo summus deus ludæorum iure meritoque a Paulo *πατέρας* nuncupari potuit, ac nota sane ex tabulis sacris sunt, quæ in illis de supremi numinis familiari et diuini fauoris plena in mundi incunabulis cum primis generis humani auctoribus et postea cum Abraamo aliisque patribus viuendi consuetudine ac colloquiis narrantur, et ex quibus sine dubio, velut ex fonte, falsa illa gentium persuasiones de tot fictorum numinum visionibus manarunt *b*).

## §. XXIII.

Obseruo III. Paullum non sine causa deum optimum maximum *πατῶν*; minus autem *πατέρων* dixisse. Nam etsi, vt supra iam monstraui, duo hæc vocabula eundem obtinuerunt apud veteres vsùm eandemque significandi potestatem, quoniam cultus eorum numinum, quæ, vt patria, præesse regioni credebantur, semper a parentibus ad filios traduci ipsisque *πατέρων* proinde *Ἰσὺν πατέρων* nomen tribui solebat; attamen, quum re ipsa quoddam inter duas has voces esset discrimen, non sine causa supremum numen *πατέρων*; quam *πατέρων* adpellari se maluit. Quum enim illud nomen ad gentem eiusque a primis eius initiis numini præstitum cultum respiceret; hoc vero ad regionem, cui tale præsideret numen; de multis vero eiusmodi *πατέρων* diis veteres existimarent, esse vnicuique regioni suos deos patrios tributos, qui suam virtutem ac potentiam in aliis terris, si populus eo demigraret, haud ostendere; nec transferre eo possent; aut sedes suas mutare *c*), quiuis, me haud monente, intelliget, longe aptius supremum numen *πατέρων*, quam *πατέρων* ludæos adpellare potuisse, quippe in cuius tutela

*b*) vid. PETR. BURMANNVM de Ioue fulgurator. cap. I. p. 225. BENED. PICTETVM, *diff.* II. de magno piet. mysterio, tom. II. *thes. disp.* MENTHENII, p. 671. et IO. GOTTL. NIMPTSCHIVM

de adparitionibus deor. Lips. MDCCXX.

*c*) vid. HERODOTVM, *libr.* II. cap. 30. et PETR. ZORNIVM *bibliothec. antiquar. exegetica*, sp. 72.

ac diuinæ virtutis præsidio, quocunque sese verterent, latebant. Si IV. expenderis tot beneficia, in stirpem hanc Israhel's collata, tot singularia diuinæ gratiæ illustra documenta, quæ in rebus tam terrestribus; quam cælestibus experta fuit: si cogitaueris porro, quantus erga hanc gentem exstiterit supremi numinis fauor; exstitit vero maximus, et quantum illa obtinuerit principatum præ aliis, inprimis in illis rebus, quæ non tam corpus; quam animam spectant, et in vera sibi comparanda salute posita sunt, haud inuitus deum nostrum fateberis Iudæorum numen *πατρώων* tempore prioris fœderis adpellari debuisse. A *πατρώοις* enim diis gentes, verorum sacrorum expertes, omne auxilium omnemque opem expectabant, hos existimabant salutis suæ et fortunarum auctores et defensores. Quicquid erat, quocunque de genere bonorum, id vnice ad patria numina, velut ad fontem, referendum esse, arbitrabantur sibi que persuadebant, tutelares hos deos suam, cui præessent, gentem, omnibus reliquis quoad curam, custodiam ac beneficia anteferre, id quod iam supra CICERONIS *d*), VIRGILII *e*), LUCIANI *f*), EURIPIDIS *g*), PAUSANIAE *h*) aliorumque testimoniis luculenter comprobauit. Atque idem de vero Israhel's numine merito per id adfirmat Paullus, quum *πατρώων* id vocat, *θεῶν*, vt IOSEPHI *i*) vtar verbis, *ἰδὼν θεὸν ἰδὼν ἰσθῶτων προσημασμένον, καὶ πολλὴν ἀποσημῆναντα τὴν ἐπιφάνειαν, videns, deum res Iudæorum curare, clareque indicare, se illis, prout gentium de diis patriis erat persuasio, præsentem esse.*

## §. XXIII.

SATIS superque supra comprobauit, singulas gentes singulos patrios deos habuisse ac earum quamlibet peculiare veneratam esse numen *πατρώων*, a reliquis aliorum populorum diis diuersum. Quid? quod ipsum sanctissimum numen sæpe de se ita loqui voluerit, quasi id solum ad Iudaicam pertineret gentem

*d*) de nat. deor. libr. III. num. 57. 478. ed. GRAEVI.

adde oraz. pro Sulla cap. XXXI.

*g*) Elktr. v. 671.

*e*) libr. I. georg. v. 498. libr. II. Aeneid. v. 702. libr. IX. v. 247.

*h*) Corinthiac. cap. XXIV. p. 165.

*i*) libr. XVIII. antiq. Iud. cap. 8. p. 903.

*f*) patr. eucom. tom. II. operum. p. 903. edit. HAVERCAMPE.

tem eiusque deus esset. Quam in rem ad Abraamum dicit *k)*: *mibi iam fœdus initur tecum, et paullo post l)*: *fœdus autem eiusmodi facio, ut non solum ad te; sed etiam ad profecturum ex te posterorum genus pertineat, idque in perpetuum, ut deus et tibi sim et illis.* Alio loco *m)* ad Mosen, *hæc Israelitis, inquit, renuntiato, me eis deum futurum, ut intelligant, me Iebouam esse ipsorum deum: itemque n)*: *vos ex Aegypto eduxi. Vobis ero deus et vos mihi populus o)*: *Ieboua, deus vester, deorum deus est p)*: *itemque q)*: *quum Israelitas elegissẽm, promississẽmque cet. me esse Iebouam eorum deum cet. eos monui, cet.* Quo et ea loca pertinent, quibus supremum numen se Israelitarum genti ita tribuit, ut maius se esse reliquis fictis numinibus, dicat. *r)*. Cum his ea non solum comparanda sunt, quibus Iudaicum popululum præ omnibus reliquis electum ab ipso istique, posthabitis gentibus *s)*, beneficia tributa esse, affirmatur et quibus deus optimus maximus promittit, se iudæos habiturum pro peculio, ab omnibus populis separato *t)*; sed etiam, quæ de domicilio supremi huius numinis, in Israelitica gente collocato ac fixo, disserunt, id quod proprium quasi deorum patriorum fuit, ita ut ibi, ubi tamquam patrii colebantur, habitare se, Romani existimarent sibi que persuaderent, singulari euocatione opus esse, ubi loco suo mouenda numina forent atque allicienda, ut ab vna gente ad aliam discederent. Proinde ad Mosen, *mibi sanctuarium faciant, ait, quo inter eos habitem u)*; alio vero loco diuinum vatẽ Ezechielem hæc nuntiare iubet *u)*: *ponam inter eos meum fanum in sempiternum et, habens apud eos habitacionem, ero deus illis et ipsi mihi populus erunt.* Eo spectant porro varia, quæ in oraculis sacris leguntur, loquendi formulæ, quando videlicet numen maximum se inter Israelitas versari *y)*,

G 2

Hiero-

*k)* *genes. XVII. 4.**l)* *v. 7.**m)* *exod. VI, 7.**n)* *leuit. XI, 45.**o)* *ib. cap. XXVI, 12.**p)* *deut. X, 17.**q)* *Ezech. XX, 5.**r)* *vid. supra memoratum locum deut.**X, 17. et adde 2 chron. II, 5. Dan. II, 47.**s)* *psalm. CXLVII, 20.**t)* *exod. XIX, 5.**u)* *exod. XXV, 8.**x)* *Ezech. XXXVII, 27.**y)* *Ioel. II, 27.*

*Hierosolyman, ubi nomen suum collocaret, delegisse* z), se esse *Sionis habitatorem* a), profitetur, nationem banc porro esse eius patrimonium, seque incolere montem illum *Sionem* b): ibi esse tentorium et domicilium ipsius c): se habere in *Sione ignem et Hierosolymanis caminum* d), et quæ alia eius generis sunt, ita comparata, ut cum deorum apud veteres patriorum ratione optime possint comparari. Quid? quod ipsa verorum sacrorum expertes gentes eandem de Israelis numine fouisse videantur sententiam. Ita *Labanus et mihi quidem*, inquit e), *erat in manu, nocere vobis; sed me deus vester patrius heri monuit, ut cauerem, ne Iacobum vlla minima re offenderem*. Idem Pharaonem et cum ipso omnes Aegyptios eo tempore, quo tot acerba tristiaque fata Iudaica gens in Aegypto experta fuit, statuisse, ut credamus, mouent hæc *Mosis ad illum verba: cessabunt fragores, ut cognoscas, hunc orbem lehoue ditiois esse*. Ut enim omnes rationes ostendant, sine dubio Aegyptii idem de Israelitarum numine, quod de patriis suis diis crediderunt, esse nimirum eius potentiam finibus conclusam ac tuguriis quasi Israelitarum terminari.

## §. XXV.

HIS alia eiusmodi effata, imprimis, ubi de Ebraeorum deo sermo est, possunt adiungi, quæ libens silentio transmitto et id vnicum addo, supremum numen, ne in Iudæorum pariter; ac aliarum gentium, a vero sacrorum cultu aberrantium, animos falsa de eius infinita potentia opinio infuget; aut, si deum hunc esse patrium Iudæorum numen, audierint, sibi persuaderent, eius vim, ut fictorum patriorum numinum, finibus esse circumscriptam neque ultra regionis, quam illa inhabitarent, terminos facile excurrere, supremum inquam numen hanc ob causam sæpe de se ita loquutum esse, ut potestatem eius longe aliter comparatam esse, facile constaret. Proinde se *deum deorum* passim vocat, *deum* item *altissimum, dominum cæli et terræ*,

z) II. *chron.* VI, 6. coll. I *reg.* VIII, 1.  
*psalm.* CXXII 3. CXXXII, 13.

a) *psalm.* IX, 12.

b) *psalm.* LXXIV, 2.

c) *psalm.* LXXXVI, 3.

d) *Esai.* XXXI, 9.

e) *genes.* XXXI, 29.



rae, et Moses Pharaoni, *extendam, dicit f)*, manus, *vt terram Ieboue esse scias*, quæ loquendi rationes, quemadmodum doctissimi iam oraculorum sacrorum interpretes recte obseruarunt, sæpe numero eam ob causam adhibita videntur, vt intelligerent Aegyptii aliaque gentes, verum ac summum Israelis deum, etsi eius sit patrius; in eo tamen a patriorum fictorum numinum coetu distare, quod, quum horum potentiam regionis, cuius praesides erant, finibus terminari, crederent; illius contra defendendi virtus omnium limitum plane sit expers. Nec, quod per id de summa Iudaici numinis potestate memoria fuit proditum, gentes ita offendere poterat, vt singularem istam dei huius vim cum sua de patrio numine eiusque virtutibus opinione, conciliare nequaquam potuerint. Quis enim nescit, multa inter patria ciuitatum existisse numina, quæ et ab aliis vrbibus ac regionibus culta sunt: a quibus plures ciuitates auxilium expectabant, etsi in his sæpe vnica esset, quæ tale numen sibi, tamquam patrium, tribueret? Id quod nemo negabit, qui Iouis, qui Apollinis, qui aliorum supra memoratorum numinum velit recordari.

## §. XXVI.

si porro VI. ad ipsum Paullum eiusque causam, quam contra Tertulli criminationes perorabat, respicimus, omnes fateri debent, quum in hoc iudicio ipsi lis de religione inferretur, nullum aptius, quod supremo huic numini daret, quam idem istud *πατριος* nomen ab ipso adhiberi potuisse. Tertullus sanctissimum virum seditionis aduersat eumque nefario scelere templum polluisse ac sacrorum carimonias perturbasse, falso criminatur. Tam subdole callidus aduersator innocentem caelestis veritatis praconem adortus, suam orationem Felici satis grauem ac ponderosam sperat videri, qua eo plus proficeret, quo odiosiores essent Romanis rerum nouarum cupidi, earum maxime, quæ ad religionem et sacrorum mutationem spectare videbantur g). Hæc tela hostium, hos ipsorum nefarios

f) exod. IX, 29. XIV, 19. deut. IX, 17. Rom. III, 29.

g) sacrorum mutationem nunquam permittebant Romani, multo minus in prouinciis,

farios impetus non melius depellere ac propulsare, minas ad-  
 cusatoris eludere ac de culpa, quæ in ipsum transferebatur,  
 se purgare posse, Paullus existimabat, quam si publice decla-  
 raret, se cultui numinis *πατρὸς* Iudæorum esse addictissimum,  
 eandemque per id se habere religionem, quam ab ultima æta-  
 te gens ista professa fuerat *b*). Id ita facit, ut exprobratum  
 sibi a Tertullo odiosum *Nazaræorum* nomen *i*) reticeat quid-  
 em; simul tamen addat, se *κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν λέγουσιν αἰρεσι, ἑ-  
 κεινὴν* viam, quam dicunt *heresim*, patrio huic deo seruire.  
 Quibus verbis itidem declarat, se pro sua, quam profiteretur,  
 doctrina, Christiana nimirum, veræ et antiquæ religioni Iudæ-  
 orum nomen dare. Hanc ipsam doctrinam, ut alibi, *ὁδὸν k*)  
 vocat, additque, eam ab adulatoribus *heresim* nuncupari, non  
 quasi nomen id contumeliosum; aut cum opprobrio quodam  
 coniunctum eo tempore, uti postea, fuisset; sed quod omnes  
 ii, qui, quum in vna eademque re versantur; aut ad vnum  
 se conferunt locum, tot *hereses* constituere videbantur, quot  
 diuer-

ciis, si eam cum seditionibus, ad quas cui-  
 tandas omni elaborabant studio, arcto vin-  
 culo coniunctam fore, adparebat. Conf.  
 que de interdictis peregrinis sacris ha-  
 bent TERTULLIANVS *apologes. cap. V.*  
 EYSEBIVM *libr. II. histor. ecclesiast. cap.*  
*2. p. 41.* Adde ICERONEM *libr. V. in*  
*Verr. cap. 57.* DIONEM CASSIVM  
*libr. LII. hist. p. 490.* LIVIVM *libr. IV.*  
*cap. 30. libr. XXV. cap. 1. libr. XXXIX.*  
*cap. 16.* VALERIVM MAXIMVM *libr.*  
*I. cap. 3. p. 39. sq.* EYSEBIVM *libr. I.*  
*præparat. euangel. cap. 2. p. 5. libr. IV.*  
*cap. 1. libr. VIII. cap. 17.* MINVCIVM  
 FELICEM *Octau. cap. XVII. §. 1. p. 17.*  
*b*) conf. DAVID. MARTINVM *not.*  
*ad Lactantium de mort. persequit. cap. 5.*  
*tol. X. miscell. obseruat. critic. in auctor.*  
*ver. et recent. tom. II. p. 227. et venge-*  
*randum patrem histor. eccles. sec. I. cap.*  
*2. sect. I. §. 4. p. 351.*

*i*) eo enim tempore *Nazaræorum* no-

men contumeliæ causa iis, qui ad Chri-  
 stianorum sacra accesserant, a iudeis da-  
 tum fuit. Postea ita vocata secta que-  
 dam est inter Christianos, quæ præcepta  
 Mosæica de cærimonis cum doctrina Chri-  
 sti arcte coniungenda esse, statuebat. Vide  
 IO. ALB. FABRICIVM *salut. luc. euang.*  
*cap. III. p. 48. sq. et not. ad Phila-*  
*strium, p. 20.* Adde MICH. LEQVIEN  
*diff. Damascen. num. VII. p. 92. et IO.*  
 CHRIST. WOLFIVM *cur. philol. et crit.*  
*in acta apostolorum, p. 1343.*

*k*) vid. act. IX, 2. XIX, 9. 23. II. *Petr.*  
 II, 2. Adde PFOCHENIVM *de stilo*  
*non. testam. §. XCI. ELSNERVM obs.*  
*sacr. ad act. apost. p. 400. WITSIVM*  
*Aegyptiac. libr. II. cap. 4. p. 77. STEPH.*  
 LE MOYNE *not. ad var. sacr. p. 922.*  
 AMELIVM *in der Erörterung der Schwer-*  
*sten Schriftstellen neun Test. part. II.*  
*p. 619. aliosque apud WOLFIVM loc.*  
*excit. p. 1138.*

diuersa agendirationes apud ipsos; aut via erat, in quas peregrinantes quasi dispertire se solent 1), ita vt, obseruante ERASMO m), *hereseos nomen nibilo inuidiosus esset; quam apud Græcos Platonicum; aut Stoicum; aut Peripateticum adpellari.* Hæc vbi rite expenduntur, quilibet, me haud monente, fateri debet, multum hac defensione et facta inprimis patrii numinis mentione proficere potuisse Paullum coram præside, profano numinum cultui addicto, quum per id omnem religionum depressoris suspensionem feliciter a se auerteret n). Nec negari quoque potest, VII. Paullum, quum verum deum, gentium more, *πατρίων* adpellauerit, rationem eorum habuisse, coram quibus causam suam dicebat, et quibus patriorum numinum ratio nullo modo potuit esse incognita. Quum enim gentes, verorum sacrorum expertes, patria numina cuiusuis populi propria esse, haud ignorarent sibi que persuaderent, ea nullum cum romanis diis habere commercium; nec, illis violatis, et hæc simul violari, ante omnia Felicem de ipsa præsentia controuersia Paullus instruere studet, eumque docere, litem, quam aduersarii in ipsum intulissent, pertinere ad Iudaicas tantummodo huiusque gentis singulares sacrorum ceremonias. Satis enim perfectum habebat, dissidia eiusmodi ac quæstiones controuersas, quæ ad peregrinorum sacrorum cultum pertinebant, modo ne tranquillitati publicæ; aut patriæ Romanorum religioni officerent, ab eiusmodi prouinciarum præsidibus ac procuratoribus, harum rerum ignaris, parum curari; grauissimam contra pœnam iis, qui Romana violarent numina, esse propositam.

## §. XXVII.

EX his itaque satis singularis diuini huius legati prudentia, quam, perorando causam suam, testatam fecit, potest intelligi.

1) vid. GEORG. RAHELIVM *not. Polyb.* p. 318. IOANN. DOVGTAËVM *analect. nou. rest. excurs.* 63. p. 93. aliosque plures.

m) *not. ad hunc locum, tom. IV. critic. sacr. Anglican.* p. 2414.

n) igitur etiam *act. V. 30.* sapienter Θεῶν τῶν πατρίων, uti nostro effato Θεῶν πατρίων, mentionem facit, ne veterem et antiquam Iudaicam religionem abrogare et nouam introducere videretur. Idem obseruabis *act. XXII, 14.*

telligi. Verum enim vero id iudici, veri dei cultus ignaro, insolens potuit videri, quod vnus tantum patrii numinis mentionem faciat adfusatus, quum contra de pluribus patriis numinibus plerumque loquerentur reliquæ gentes, si ad patria sacra prouocandum, ac de sacrorum, quas obseruarent, ceremoniis dicendum erat. Vti vero per id veritatis cælestis præco satis superque confirmabat; vnicum esse verum illum aeternum, quem coleret, deum ac potentissimum, quippe qui coniunctim iis viribus ac virtutibus, quæ apud gentes per plura ficta numina patria dispersæ quasi deprehendebantur, præditus esset; sic et nomen patrii sui numinis non addit; quod vero itidem plerumque fiebat, vbi de hoc; vel illo patrio numine speciatim sermo apud veteres esse solebat. Haud tamen existimari debet, id inusitatum visum Romanis, a vero dei cultu alienis, quum non solum apud ipsos nefas haberetur, quorundam deorum, maxime tutelarium, nomina in vulgus efferre, vt ex PLVTARCHO *o*) et PLINIO *p*) constat; sed etiam aliz gentes deos haberent proprios et nullis nominibus inter se distinctos, vti id de Pelasgis, Celtiberis aliisque IO. ANDR. BOSIVS *q*) probauit. Addunt nonnulli, nominatim HEINSIVS, *r*), veteribus non ignotum fuisse, quod Iudæi sanctissimum dei sui nomen voce haud exprimerent, indeque forsitan originem notissima illius inscriptionis Atheniensis, de qua LVCAS *s*) differit, esse deducendam a qua sententia etiam GER. IO. VOSSIVS *t*) et M. ZVERIVS BOXHORNIVS *u*) haud alienos se profiterentur.

*o*) *question. rom. LXI. rom. II. oper. scriptor. ecclesiasticor. aliosque plures.*  
p. 278.

*p*) *libr. III. hist. nat. cap. 5. Adde*  
GEORG. WONNAM *de ara ignoti dei,*  
*rom. II. thes. disp. MENTHENI, p. 472.*  
IO. ANDR. BOSIVM *de ara ignoti dei,*  
*§. XXIII. p. 562. ci. introd. in notitiam*

*q*) *loc. excit. p. 558.*

*r*) *exercitat. sacr. ad actor. cap. XVII,*  
23.

*s*) *cap. XVII, 23.*

*t*) *theol. gentil. par. I. libr. I. cap. 2.*

*u*) *quæst. rom. XIII.*

F I N I S.

NOBI-



NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
ADAM. FRIDER. KIRCHNERO

S. P. D.

IO. GEORGIUS WALCHIVS.

Quum omni tempore, quo inter nos versatus es, sapientem vitæ academicæ rationem es ingressus Teque in litterarum cursu ita gessisti, vt omnibus indefessam industriam, proficiendi ardorem moresque rectissimos commendares, summas præ me habere mihi visus sum rationes, Te felicem prædicandi atque existimandi, verissimum eos agere augurium, qui patriæ pariter ac cætui sanctiori vberiores eruditionis ac virtutis Tuæ fructus promittunt. Nunc, quum publice disputando vires Tuas ingenii experiri filiumque meum in negotio isto comitem Tuum esse, constituisti, vel eam ob causam me quoque lætari, non diffiteor, quod ipsè mihi per id amplissimam præbes occasionem, tacitam illam, quam apud me præclaræ Tuæ virtutes excitarunt, spem et aliis cognitam faciendi ac publice Tibi meum erga Te animum significandi. Gratulor Tibi, nobilissime KIRCHNERE, de haud vulgaribus Tuis, quas in litterarum studiis fecisti, progressionibus deumque optimum maximum imploro, velit rerum Tuarum statum omni tempore et florentissimum, et fortunatissimum reddere: animæ ac corporis vires augere atque efficere, vt patria ex Te eximia honoris ac salutis incrementa capiat. Ienæ d. XIV. ian. anno christianorum MDCCLI.

NOBI-

NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
ADAM. FRIDER. KIRCHNERO

S. P. D.

PRAESES

**E**x quo a laribus patriis ad hoc musarum sacrarium descendisti, nihil prius faciendum Tibi es arbitratus; quam ut rectum vitae genus Tibi constitueres Teque ab eorum turba quam longissime disjungeres, qui in ipsa sapientiae officina sapere nesciunt. Prudenti sane consilio philosophiam, vitae magistrum, cum humanitatis studiis coniunxisti, ut, comparatis Tibi in utroque campo haud vulgaris eruditionis praesidiis, iter ad grauiore disciplinae Tibi redderes expeditius pedemque eo melioribus auspiciis in aliud stadium ponere posses, in quo sacrarum litterarum alumni se exercent et virium suarum periculum faciunt. Euenus optatis haud defuit; nec desse quoque facile potuit, quum ad singularem industriam non solum optimum, quod natura dederat, ingenium accederet; sed Tu quoque legem, quam pietas et virtutis studium postulant, Tibi indiceres omnibusque tam eruditionem; quam morum integritatem innocentiamque probare studeres. Ut autem doctrina Tua ingeniique facultas ostenderetur publice, meo auspicio ac ductu in arenam crassina luce descendere, animum iniisti, de quo instituto ex animo Tibi gratulor ac summum nomen precor, velit pro gratia sua efficere, ut omnia ex voto animique sententia succedant. Largiatur Tibi, velut ex perenni fonte, omnia, quibus vera et constans felicitas absoluitur. Ita patria pariter; ac ciuitas christiana vberimos fructus sibi ex Tuis collectis eruditionis opibus potest promittere. Vale et age feliciter. Ienae d. XV. ian. anno a virginis partu omnibus salutari C1510CCLI.



Ukert. Bibl. 8/IX. 51.

Tb 4898

f

ULB Halle 3  
003 507 459



56.

ND18

N.C.

Phoy







20

I IMMAN. WALCHII  
ET PROF. PVBL. SOC. LAT.  
NENSIS EPHORI

MENTATIO

DE  
T E R V M  
P A T R I I S

. XXIII. 14. ILLVSTRATVR



IIENAE  
ICINA SCHILLIANA  
C1010CCLI.

19

